This transcription of the *Collectio vetus Gallica* from Stuttgart, Württembergische Landesbibliothek, HB.VI.113, was made for the *Carolingian Canon Law* project, and as such complies with the conuentions stipulated by the project's guidelines (http://ccl.rch.uky.edu/guidelines/guidelinestr.html).

Manuscript rubrics have been rendered in **bold**; however, for convenience Title numbers (e.g. 'CIII' for Title 103) are rendered in **red**.

All corrections have been made by the main scribe or by contemporary hands, unless otherwise noted.

[f. 92v] **INCIPIT CAPITULACIO EXCARAPSUM DE CANNONIS**

**I**. De fide catholica et simbulo;

**II**. Ut preter scripturas sanctas ac cannonicas ni[si]il {nihil *corr.*} in ecclesia legatur et que est scriptura cannonica

**III**. Ut per singulos annos sinodus bis fiat;

**IIII**. Quales ad sacerdotium uel sacros ordines secundum quod in cannones legimus uenire non potest

**V**. Quales uel qualiter ad sacerdocium {uel. *add. s.l.*} ad sacros ordines secundum quod in cannones legimus uenire potest;

**VI**. Ut nequaquam in duos metropolitanos prouintia diuidatur;

**VII**. Ne in una ciuitate duo sint episcupi. et de uicariis episcuporum;

**VIII**. Quod non oporteat ordinationes episcuporum diu differre;

**VIIII**. De ordinatis episcupis. nec receptis;

**X**. Quod non oporteat absolute quoslibet ordinare;

**XI**. De seruo nesciente domino suo fuerit ordinatvs;

**XII**. Quod non liceat clericum in duas ciuitates ministrarere {*sic*} nec abbates plurima monastiria aut cellas habere

**XIII**. Ne de uno loco ad alium transeat episcupus sine decreto episcuporum uel clericus sine iussione episcupi sui;

**XIIII**. De peregrinis episcupis uel clericis;

**XV**. De litteris peregrinorum et de clericis sine litteris ambulantibus; [f. 93r][1]

---

[1] *Ł III*, perhaps for *Liber III*, has been added in large characters in the upper margin.

**XVI**. Qualis quisque uel pro qualibet culpis secundum cannonicam institutionem degradetur de offitiis sacerdotale uel de clero;

**XVII**. De expulso ab aecclesia et excommunicato uel damnato;

**XVIII**. De ordine ecclesiastico et offitium {offitio *corr.*} missae;

**XVIIII**. De reliquiis sanctorum et oraturiis uillaribus

**XX**. De altaria non consecranda. nisi lapidea;

**XXI**. De baptismo;

**XXII**. De confirmatione crismae et ut prandia in ecclesia non fiant et genu non flectant;

**XXIII**. De pascha et die dominico et reliquis festiuitatibus

**XXIIII**. De ieiunio {et *add. s.l.*} quadraginsima uel letania;

**XXV**. U[. .] {UT *corr.*} festiuitates preclaras non nisi in ciuitate aut in uicos publicos teneantur;

**XXVI**. De hoc quae offeruntur ad altario et que ad domum sacerdotis uel oblacionem;

**XXVII**. Ut omnes fideles communicent et missas perspectent sin aliud excommunicentur et ut ieiuni communicent

**XXVIII**. De predicatione;

**XXVIIII**. De hospidibus;

**XXX**. De decimis.

**XXXI**. De uiduis pupillis et pauperes;

**XXXII**. Qualiter res aecclesiae dispensare debeat episcupus uel regere. et quae super altare dantur et de parrochiis uel oraturiis; quę in episcopi sunt potestate;

**XXXIII**. Ut episcupus res quae clericis aut seruientibus [f. 93v] dederit successor eius non auferat;

**XXXIIII**. De rebus quę aecclesiae uel sacerdotibus dantur;

**XXXV**. De rebus ecclesiae abstractis uel contradictis;

**XXXVI**. De causantibus et iudicibus

**XXXVII**. Ut clerici non sint conductores et contumaces et non neglegant officium suum et secularibus curis se absteneant;

**XXXVIII**. Ut non habitet clericus cum extraneis mulieribus;

**XXXVIIII**. Ut relictam {relictæ *corr.*} sacerdotis uel diaconis nullus se in coniugio societ;

**XL**. De clericis usurariis et fideiussoribus et ebriosis uel conuiuia secularia et cantica turpia uel uerba ociosa;

**XLI**. De ordinis uel regulis clericorum uel uestibus eorum;

**XLII**. De uenationibus;

**XLIII**. Ut episcupi presbiteri diaconi. peccantes fideles uerberare non debeant;

**XLIIII**. De sortibus et auguriis;

**XLV**. De clericis abbatibus monachis non manentibus in suo proposito;

**XLVI**. De monachis et monastiriis;

**XLVII**. Quod non liceat quę consecrata sunt diuersuria secularia fieri;

**XLVIII**.De deo sacratas et monastiria puellarum;

**XLVIIII**. De raptis;

**L**. De incestis et adulteris. et qui uxores suas dimittunt;

**LI**. De falsariis et periuris et homicidis et captiuantibus [f. 94r]

**LII**. De discordantes.

**LIII**. De expositis;

**LIIII**. De libertis;

**LV**. De his qui ad aecclesiam confugiunt;

**LVI**. De iudaeis. et ut non sint christiani participes eorum nec subiecti nec serui;

**LVII**. De clericis qui se a carne abstinent;

**LVIII**. De hereticis et gentilibus;

**LVIIII**. De coniurationibus

**LX**. De palla super corpora non ponatur et ne ad nuptias diuina ministeria prestentur;

**LXI**. De inerguminis;

**LXII**. De chrisma

**LXIII**. De his qui contra cannones faciunt;

**LXIIIV**. {**LXIIII** *corr.*} De episcupis qui cannones firmauerunt;

**LXII**. {**LXV** *corr.*} De lapsis et penitentibus

**LXVI**. De his qui in egritudine penitentiam accipiunt;

**LXVII**. De his qui paenitentiam accipiunt et ante communionem moriuntur;

**LXVIII**. De monachis qui uxores accipiunt;

**LXVIIII**. De puellis qui in habitu relegioso fuerunt;

**LXX**. De paruulis qui nesciunt utrum sint baptizati;

**LXXI**. De periculo mortis.

**LXXII**. De episcupis accusatis et presbiteris uel diaconibus

**LXXIII**. De presbiteris et diaconibus qui nolunt obtemperare suis episcupis;

**LXXIIII**. De clericis qui pecuniam commodant; [f. 94v]

**LXXV**. De episcupis {de *add. s.l.*} diocese inter se contendentibus

**LXXVI**. De his qui ordinantur in ecclesiis si aliquam pecuniam ad quesierint quomodo faciant;

**LXXVII**. Ut rem aecclesiae presbiter non uindat nesciente episcupo et de crismę confectione;

**LXXVIII**. De expectaculis theatrorum;

**LXXVIIII**. Sententias sancti gregorii papae quas transmisit in saxonia qualiter episcupus cum suis clericis debeat conuersare;

**LXXX**. De diuersa consuetudine ecclesiarum;

**LXXXI**. Quid pati debeat qui de ecclesia aliquid furatus est

**LXXXII**. Si debent duo germani singulas sorores accipere et usque ad quod generationes debeant cum propinquis copulare coniugio;

**LXXXIII**. De muliere pregnante. si debeat baptizari et post quos dies possit ecclesiam introire uel sacrum communionem accipere;

**LXXXIIII**. Si liceat post inlusione quę per somnium accedit missa celebrare uel sacrum corpus domini accipere;

**LXXXV**. Item decretum sancti gregorii quod transmisit in baiouaria;

**LXXXVI**. Item decretum eiusdem quod non debeant diacones in gradu psallere et de episcupis quod non debeant laici in cubiculo eius deseruire;

**LXXXVII**. Item decretum sancti gregorii de diuersis causis [f. 95r] si monacham aliquis duxerit in coniugio aut matrem spiritalem.

**LXXXVIII**. De die dominica sancti leonis. sententia;

**LXXXVIIII**. Item sancti leonis de mulieres qui uiros suos per captiuitatem dimitant.

**XC**. Sententia sancti hieronimini de uxoribus a uiris non dimittendas;

**XCI**. Sententia sancti leonis de his qui concupinas habent et filios ex eas si possint ueras uxores accipere;

**XCII**. Si presbiter soli episcupo confessus fuerit aliquid et postea negauerit;

**XCIII**. De uirginibus qui in crimine deprehenduntur;

**XCIIII**. De episcupo defuncto et si plebs ad aliam diocesem uult pertinere;

**XCV**. De altaribus diuersis locis constitutis ut distruantur.

**XCVI**. Si necessitas fuerit rem aecclesiam uindere. sine episcupo.

**XCVII**. De restauratione sacerdotis;

**XCVIII**. De clericis conuictis et confersis {*sic*} in aliquo crimine.

**XCVIIII**. De precibus quod non inuocetur pater pro filio;

**C**. De criminosis. ut non audeant testimonium proferri; {proferre *corr.*}

**CI**. Epistula zosimi ut sacerdotes non iudicentur. coram. laicis

**CII**. Constantinus augustus ut sententia episcuporum credende sunt

**CIII**. De clericis superbis et contumacibus ut corrigantur; [f. 95v]

*{fol. 95v has been left blank; the text continues on fol. 104r}*

[f. 104r] **ITEM INCIPIUNT CANNONES[2] SCARAPSĘ EX MULTIS CONCILIIS ADUNATĘ ET PER BREVES SENTENCIOLAS CONGLOBATE IN UNUM QUOD SI QUIS BREUITER ALIQUID REQUIRIT PER CAPITULA PREMISSA HERAM EIUSDEM CAPITULI IN CORPORE REQUIRAT ET INUENIAT;**

**I.**

**INCIPIT FIDES CATHOLICA SANCTI ATHANASII EPISCUPI;**

Quicumque uult saluus esse ante omnia opus est ut teneat catholicam fidem; Quam nisi quisque integram inuiolatamque seruauerit absque dubio in eternum peribit; Fides autem catholica haec est ut unum deum in trinitate et trinitate in unitate ueneremur; Neque confundentes personas neque substantiam separantes; Alia est enim persona patris. alia filii. alia spiritus sancti; Sed patris et filii et spiritus sancti una est diuinitas aequalis gloria. coeterna maiestas; Qualis pater. tales {talis *corr.*} filius. talis et spiritus sanctus; Increatus pater increatus filius increatus et spiritus sanctus; Inmensus pater inmensus filius. inmensus et spiritus sanctus; Ęternus pater. eternus filius ęter[f. 104v]nus et spiritus sanctus; Et tamen non tres aeterni sed unus eternus; Sicut non tres increati nec tres inmensi. sed unus increatus et unus inmensus; Similiter omnipotens pater. omnipotens filius. omnipotens et spiritus sanctus; Et tamen non tres omnipotentes. sed unus omnipotens; Ita deus pater deus. filius deus et spiritus sanctus; Et tamen non tres dii sed unus est deus; Ita dominus pater dominus filius deus {dominus *corr.*} et spiritus sanctus; Et tamen non tres domini. sed unus est dominus; Quia sicut singillatim. unamquamque personam deum ac dominum confiteri christiana ueritate conpellimur; Ita tres deos aut dominos dicere catholica relegione prohibimur; Pater a nullo est factus. nec creatus nec genitus; Filius a patre solo est non factus nec creatus sed genitus; Spiritus sanctus a patre et filio non factus. nec creatus {nec genitus *add. s.l.*} sed procedens; Unus ergo pater. non tres patres. unus filius non tres filii. unus spiritus sanctus non tres spiritus sancti; Et in hac trinitate nihil prius aut posterius. nihil maius aut minus. sed tote tres persone coeterni sibi sunt et coequales; Ita ut per omnia sicut iam supra dictum est et trinitas in unitate et unitas in trinitate ueneranda sit; [f. 105r] Qui uult

[2] A modern hand (the same as make notes on fols 106r, 124r and 195v) has added the title *Breuiarium Canonum CCII capitulorum* in the upper margin. Cf. the explicit on fol. 195v, which specifies (correctly) *capitula CIII.*

ergo saluus esse ita de trinitate sentiat; Sed necessarium est ad aeternam salutem ut incarnationem quoque domini nostri iesu christi fideliter credat; Est ergo fides recta ut credamus et confiteamur quia dominus noster iesus christus dei filius et deus et homo est; Deus est ex substantia patris. ante secula genitus et homo est ex substantia matris in seculo natus; Perfectus deus perfectus homo ex anima rationale et humana carne subsistens; Ęqualis patri secundum diuinitatem. minor patri secundum humanitatem; Qui licet deus sit et homo non duo tamen sed unus est christus; Unus autem non conuersionem diuinitatis in carnem sed adsumptione humanitatis in deo; Unus omnino non confusione substantiae sed unitate personę; Nam sicut anima rationalis et caro unus est homo. ita deus et homo unus est christus; Qui passus est pro salute nostra discendit ad inferos surrexit a mortuis; Ascendit ad caelos sedit ad dexteram patris omnipotentis inde uenturus iudicare uiuos et mortuos; Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis et reddituri sunt de factis pro[f. 105v]priis rationem; Et qui bona egerunt ibunt in uitam aeternam. et qui mala in ignem ęternum. Haec est enim fides catholica quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit saluus esse non poterit;

*Mordek: 1.a*

*Source* *'Athanasian' creed (ed.C.H. Turner, 'A critical text of the Quicumque vult', Journal of theological studies 3 [1910], pp. 401–411)*

**CANNON AGUSTIDUNENSIS; HERA**

Si quis presbiter aut diaconus clericus simbulum quod sancto inspirante spiritu apostoli tradiderunt et fide sancti athanasii presolis inreprehensebiliter non recensiuerit ab episcupo condemnetur;

*Mordek: 1.1*

*Source* *CAUT.663.1*

**INCIPIT SIMBOLUS APOSTULORUM;**

Petrus dixit; Credo in deum patrem omnipotentem creatorem caeli et terrę; **IOHANNIS AIT.** Credo et in iesum christum filium {eius *add. s.l.*} unicum dominum nostrum; **IACOBUS AIT;**

Qui conceptus est de spiritu sancto natus est ex maria uirgine; **ANDREAS AIT;** Passus sub pontio pilato crucifixus mortuus et sepultus; **PHILIPPUS AIT;** Discendit ad inferna; **THOMAS AIT;** Tertia die resurrexit a mortuis; **BARTHOLOMEUS AIT;** Ascendit ad caelos sedit ad dexteram dei patris omipotentis; **MATHEUS AIT;** Inde uenturus iudicare uiuos et mortuus; {mortuos *corr.*} **ITEM IACOBUS ALFEI DIXIT;** Credo et in spiritum sanctum; **SIMON ZELOTIS AIT;** [f. 106r] Sanctam ecclesiam catholicam; **IUDAS IACOBI DIXIT;** Sanctorum communionem remissionem peccatorum; **ITEM THOMAS AIT.** Carnis resurrectionem in uitam eternam;

*Mordek: 1.1a*

*Source* *Apostolic creed (cf. Pirmin, Scarapsus 10 [ed. Hauswald, pp. 31–3, ll. 10–21]; Mordek, Kirchenrecht, p. 359, textual note)*

**CANNON AGUSTIDONENSIS. HERA XIII;**

Simbulum etiam placuit ab omnibus aecclesiis una die id est ante octo dies dominicę resurrectionis publicae in aecclesia competentibus tradi;

*Mordek: 1.2*

*Source* *CAGD.506.13*

**II.**[3]

**CANNON CARTAGINENSIS. HERA XXIII;**

Sunt autem cannonice scripturae. genesis. exodus. leuiticus. numerus. deuternomii. iesu naue. iudicum. ruth. regnorum. libri IIII; paralipominon. libri duo. psaltirium. salomonis. libri V. duodecim libri prophetarum minorum. item isaias. hieremias. hezechiel. danihel. tubias. iudith. ster. esdrę libri duo. Machabeorum libri duo. hystoriarum iob. liber I. Noui autem testamenti. euangeliarum. libri IIII. Actus apostulorum. liber I. pauli apostoli epistulae XIIII. Petri II. iohannis III. iudę I. iacobi I. apocalypsis iohannis;

[3] A modern hand (the same as make notes on fols 104r, 124r and 195v) has scrawled *Breviarium Canonum ...* , followed by several word which are difficult to decipher. Another modern hand has added glosses to several words of the text (e.g. *habetur* above *h[e]r[a]*), most of which are also difficult to decipher.

*Mordek: 2.1*

*Source* *Brev.Hipp. 36b (also as CCAR.419.24b [A/C], 29b [B], and Carthage III 47a)*

## IN IPSO CARTAGINENSE[4] CANNON. HERA XXIIII;

Liceat etiam legi passiones martyrum cum anniuersarii dies eorum celebrantur;

*Mordek: 2.2*

*Source* *Brev.Hipp. 36d (also as Reg.eccl.Cart.exc. 46, and Carthage III 47c)*

## IN CANNON INNOCENTII; hera VII;

Ceterum autem uel sub nomine[5] mathię siue iacobi [f. 106v] minoris. uel sub nomine petri et iohannis quę a quodam leucio scripta sunt uel sub nomine thomę et si qua sunt alia non solum repudianda uerum etiam noueris esse damnanda;

*Mordek: 2.3*

*Source* *DINN.401.293, c. 7, partial (ed. Wurm, pp. 77–8, ll. 34–8)*

# III.

## CANNON NICENI. hera V.

Decernunt per singulos annos in singulis quibusque prouinciis secundo ab omnibus episcupis prouincialibus concilia agere debere et de huiusmodi negotiis iudicare. ut si forte ab unounique {uno inique *corr.*} aliquid gestum est a ceteris emendetur; si recte ut ab omnibus confirmetur;

*Mordek: 3.1*

*Source* *CNIC.325.5 (Rufin.), second part*

## CANNON CALCIDONENSIS. hera XVIII.

[4] CARTAGINENSE] CARTAGINE *with macron above*
[5] nomine] nom *with macron above*

Decceuit {Decreuit *corr.*} itaque sancta synodus secundum cannones bis in anno episcupis in idipsum in unaquaque prouintia conuenire;

*Mordek: 3.1a*

*Source* *CCHA.451.19 (Dion.I/II), partial*

**CANNON APOSTULORUM; hera VIII.**

Bis in anno episcuporum concilia celebrentur ut inter se inuicem dogmata pietatis explorent et inmergentes ecclesiasticas contentiones a[m]moueant; {amoueant *corr.*}

*Mordek: 3.1b*

*Source* *Can.apost. 38 (Dion.II), first part*

**CANNON ANTIOCENSIS. hera XX.**

Ut per singulas quasque prouintias bis in anno episcuporum concilia celebrentur. semel quidem post tertiam septimanam feste paschalis. secundo XV die mensis octobris;

*Mordek: 3.2*

*Source* *CANT.328.20 (Dion.II), partial, abbrev.*

**CANNON aurilianensis; hera I.**

Quod si intra biennium diuinitus temporum tranquillitate concessa ad monitis conprouincialibus a metropolitano synodus indicta non fuerit metropolitanus ipse pro euo[f. 107r]cationis tarditate anno integro missas facere non presumat; Quod si euocati non corporale infirmitate detenti et adesse sua abusione dispexerint simili sententiae subiacebunt;

*Mordek: 3.3*

*Source* *CORL.538.1, partial*

**IIII.**

**CANNON NICENA. HERA I;**

Ne quis ex his qui semetipsos inpacientia libidinis exciderunt uenire ad clerum;

*Mordek: 4.1*

*Source* *CNIC.325.1 (Rufin.)*

**ITEM NICENI; hera II.**

Et qui nuper adsumptus ex uita uel ex conuersatione gentile accepto baptismo antequam caucius examinetur clericus fiat;

*Mordek: 4.2*

*Source* *CNIC.325.2 (Rufin.)*

**CANNON APOSTULORUM. hera XVIII;**

Si quis uiduam et eiectam acciperit aut meretricem aut ancillam uel aliquam de his qui publicis expectaculis mancipantur non potest esse episcupus aut presbiter. aut diaconus aut ex eo numero qui ministerio sacro deseruiunt;

*Mordek: 4.3*

*Source* *Can.apost. 18 (Dion.II)*

**CANNON APOSTULORUM. hera XVII;**

Si quis post baptismum secundis fuerit nuptiis copulatus. aut concupinam habuerit non potest esse episcupus presbiter aut diaconus. aut prorsus ex numero eorum qui ministerio sacro deseruiunt;

*Mordek: 4.4*

*Source* *Can.apost. 17 (Dion.II)*

**CANNON APOSTULORUM; hera XXI.**

Quod qui non sponte eunucizati sunt suscipiantur ad clerum;

Ut hii qui se eunucizauit clericus non fiat;

*Mordek: 4.5–6*

*Source* *Can.apost. 21–2 (Dion.II), rubrics*

**CANNON EPAUNENSIS; HERA III;** [f. 107v]

Penitentiam professi ad clericatum penitvs non uocentur;

*Mordek: 4.7*

*Source* *CEPA.517.3*

**CANNON CESARIENSIS. HERA VIII.**

Si cuius uxor adulterium commisisse cum laicus esset fuerit conprobatum iste ad ministerium ecclesiasticum paenitus admitti non debeat; {debet *corr.*}

*Mordek: 4.8*

*Source* *CNEO.315.8 (Isid.vulg.), first part*

**CANNON EPAUNINENSIS.** {*sic*} **HERA XXXVII;**

Ne laicus nisi relegione premissa clericus ordinetur;

*Mordek: 4.9*

*Source* *CEPA.517.37*

**CANNON AURILIANENSIS. HERA VI;**

Id omnimodis obseruetur ne ullus ex laicis ante annualem conuers[ati]onem {conuersionem *corr.*} uel aetatem legitimam id est XXV annorum diaconus et XXX presbiter ordinetur; ita ut de ipsis quoque qui ordinandi sunt clerici regulare custodiatur studium ne aut duarum uxorvm uir

aut renupte maritus aut penitentiam professus aut semus {*sic*} corpore uel qui publice aliquando areptus est ad supra scriptus ordines promoueatur. Quod si sciens episcupus contra haec statuta agendum esse crediderit. his quidem qui ordinatur suscepto iuxta anteriores cannones priuetur officio; Sed et ille pro ordinationis temeritate sex mensibus ad celebrandis officiis sequestretur; Quod si missas intra statutum tempus facere pre[f. 108r]sumpserit annum integrum ab omnium fratrum caritate priuetur. de quorum promotionibus Si quis clericus aut ciues testes extiterint quorum testimonium dum creditur frequenter pontificis ignorantia preuenitur. cum agnitum fuerit ordinatione inlicita celebrata anno integro a communione pellantur; Qui tamen si periculosa infirmitate incurrerint. uiatica illis communio non negetur;

*Mordek: 4.10*

*Source* *CORL.538.6 (without first four words)*

**CANNON APOSTULORUM. HERA XXXI.**

Si quis seculi potestatibus usus ecclesiam per ipsos obteneat deponatur et segregetur omnesque qui illis communicat; {communicant *corr.*}

*Mordek: 4.11*

*Source* *Can.apost. 31 (Dion.II)*

**CANNON APOSTULORUM. hera XXX.**

Si quis episcopus aut presbiter aut diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem deiciatur et ipse et ordinator eius. et a communione modis omnibus abscidatur. sicut simon magus a petro;

*Mordek: 4.12*

*Source* *Can.apost. 30 (Dion.II)*

**CANNON SARDICENSIS. HERA XIII;**

Si forte aut diuis aut scolasticus de foro aut ex ad ministratione episcopi fuerit postulatus ut non prius ordinetur nisi et litteris munire et officio diacono aut presbiter fuerit perfunctus. ut per singulos grados si dignus fuerit ascendat ad culmen episcupatus;

*Mordek: 4.13*

*Source* *CSAR.347.13 (Dion.II), partial*

**IN DOGMA; HERA XXXVIII;**

Maritum duarum post baptismum matronarum [f. 108v] clericum non ordinandum neque eum qui unam quidem seu concupinam habuit; non matronam nec illum qui uiduam uel repudiatam aut meretricem in matrimonio sumpsit; Nec eum qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignitatione aliqua iusto uel iusto {iniusto *corr.*} timore superatus truncauerit; Neque illum qui usuras accipisse conuincitur aut in scena lusisse cognuscitur; Neque eum qui publica penitentia mortalia crimina deflet. nec illum qui per ambitionem ad imitationem simonis magi[6] pecunia offerit;

*Mordek: 4.13a*

*Source* *GENNADIVS, Lib.eccl.dogm. 38*

**INCIPIUNT SENTENCIAE DE EXPOSICIONE ISIDORI SUPER LEUITICO DE SACERDOTE MAGNO ET CULTUM EIUS.**

Dicit enim de eo caput inquid suum non discoperiet {Lv 21, 10} id est ut sacramenta christi qui caput eius est uelata mysteria onoret. {honoret *corr.*} uestimenta sua non scindit {Lv 21, 10} ne in heresim. uel scismata transeat. super omnem animam quae mortua est non ingredietur. {Lv 21, 11} ad omnem peccatum quod ad mortem pertinet non accedit; Super patrem suum et matrem non inquinabitur; {Lv 21, 11} Scilicet ne tanta indulgeat pietate parentum amore ut dominum suum offendat et creatorem; Neque misereatur propinquis ut erga deum uideatur culpabilis. Quanti enim episcopi quanti mona[f. 109r]chi in monastirio dum curam gerunt parentum suas animas perdiderunt; **DE SANCTIS** non egredietur {Lv 21, 12} Ut semper in opere et cogitatione

[6] magi] *corr. from* magque *?*

sancta moretur Qui enim loquitur quod otiosum et reprehensione dignum est de sanctis egreditur et polluit sanctificationem dei {Lv 21, 12} quia non incedit ut seruus christi; Uiduam aut repudiatam aut meretricem non ducat uxorem sed uirginem; {Lv 21, 13–14} Id est nihil de uetere homine et pristina uoluntate amplectatur. sed ui[. . .] comomne {uitam omne *corr.*} puritate florentem possedeat; De genere suo ducit uxorem. {Lv 21, 14–15} Utique ut uitam amplectatur sanctorum quorum per fidem proximus est; Item precipitur eisdem ut ministrantes in templo uinum et siceram non bibant; {Lc 1, 15} Ne inebrietate et crapula et curis huius uite pregrauentur corda eorum; {Lc 21, 34} Ne partem habeant in terram. nisi solum deum: Ne dum de terrenis cogitant superna obliuiscantur; Ab huius quoque conuiuio iubentur uicinus {uicinos *corr.*} et mercennarios separare et seruis tantum cyborum dare reliquias; Uicinus hereticus est qui proximum catholici nominis christiani adserit. mercennarium iudaeum ostendit qui fructum obseruantiae legis carnaliter querit. cum istis ergo sacerdos dei non participat euangelii pabu[f. 109v]bulum quod est ad refectionem animarum. sed tantumodo cum christi seruis; Datur de eis quae super feruntur altare sacerdoti pectus et brachium dextrum; In pectore legis mundas cogitationes doctrinaeque noticiam. in brachio dextro opera bona ad pugnam contra diabolum et armata manum quod corde conciperit operum exemplo perficiat; Datur ei et de priuato maxilla ut eloquentiam habeat. Datur et de uictimis uenter. cuius indicio discat luxoriam extinguere et contemnere gulam;

*Mordek: 4.13d*

| | |
|---|---|
| *Source* | *ISIDORE, Mysticorum expositiones sacramentorum, in Leviticum, 12.11–14 (PL 83, cols 331C–332B)* |

**SENTENCIA ISIDORI SUPER LEUITICUM. hera XIIII;**

Inter haec etiam iubetur ipsis sacerdotibus ut nulla debilitate insignes sint. nec cecus nec claudus nec paruo aut grande uel torto nasu. nec fracto pede aut manu. nec gimberosus. {Lv 21, 18–20} Que omnia referuntur ad animae uicium. Mores enim in homine. non natura damnatur; Nam cecus sacerdos est. qui scripturę scientiam non intellegit et quo gressum doctrinę uel operis porrigat per ignorantiam nescit; De talibus enim scriptum est. speculatores eius ceci omnes; {Is 56, 10} Clodus est qui quidem intellegit quod docere debet. sed tamen precepta que docet. non implet; Paruo autem naso est qui ad tenendam [f. 110r] mensuram discritionis idoneus non est;

Grande et torto nasu est. Furibuntus et minax cum superbiae arrogantia uel inmoderata discritione; Fracto autem pede uel manu est qui uiam dei quam docet pergere non studet; Gypbus quoque sacerdos est quem terrene cupiditatis pondus de premit et tardius ad superna intendit; Lyppus uero est cuius ingenium ad cognitionem ueritatis emicat sed hoc carnaliter uiuendo obscurat; Albuginem quoque habet in oculo qui adrogantiam seu iusticiae sapientiae cecatus in mente; Iugem uero habet scabiem cuius carnis petulantia sine cessatione dominatus; Inpetiginem quoque habet in corpore qui auaricia uastatur in mente. quae si in paruo non conpescitur nimirum sine mensura dilatatur; Ponderosus uero est qui et si turpitudinem non exercet opere. sed ad hanc cogitatione continua sine moderamine grauatur in mente. tales nec sancta ingredi nec nomen antestitis poterit possidere. quia et terrenis grauatur desideriis et expers est scientiae ueritatis;

*Mordek: 4.14*

*Source* *ISIDORE, Mysticorum expositiones sacramentorum, in Leviticum, 13 (PL 83, cols 332C–333A)*

**CANNON CALCIDONENSIS. HERA II.**

Si quis episcopus per pecunias fecerit ordinationem et sub precio redigerit gratiam quae non pote[f. 110v]test uindi ordinauerit per pecunias episcopum {presbiterum. *add. s.l.*} aut diaconus {diaconos *corr.*} uel quelibet ex his qui cognomi[n]antur {cognomerantur *corr.*} in clero aut proueherit per pecunias dispensatorem aut defensorem uel quemquam qui subiectus est regulae pro suo turpissimi lucri commodo his cui hoc adtemptanti probatum fuerit proprii gradus periculo subiacebit. et qui ordinatus est nihil ex hac ordinatione uel uel promotione quae est per negutiationem facta proficiat. sed sit alienus ea dignitate uel sollicitudine quam per pecuniis quesiuit; Si quis uero mediator tam turpibus et nefandis datis uel acceptis steterit; Si quidem clericus fuerit proprio gradu decedat. si uero laicus aut monachus anathimatizetur;

*Mordek: 4.15*

*Source* *CCHA.451.2 (Dion.I/II)*

**CANNON ANTIOCENSIS. HERA XXIII;**

Episcopum non licere alterum successorem sibi constituere liceat {licet *corr.*} ad exitum peruenIAT; Quod si tale aliquid factum fuerit irritum esse huiuscemodi constitutum;

*Mordek: 4.16*

*Source* *CANT.328.23 (Dion.II), first part*

**CANNON AFRICANORUM; hera XLII.**

Clericus inuidens fratrum profectibus donec in uicio est. non promoueatur;

*Mordek: 4.17*

*Source* *SEA 42 (54)*

**HERA LV.**

Sidicionarius numquam ordinandus clericus. sicut nec usuarius {usurarius *corr.*} uel iniuriarium suarum ultor[ris]; {ultor *corr.*}

*Mordek: 4.18*

*Source* *SEA 55 (67)*

**hera LXXXIIII;**

Ex penitentibus quamuis bo[f. 111r]nus clericus non ordinetur si per ignorantiam episcupi factum fuerit deponatur a clero. quia si {se *corr.*} ordinationis tempore non prodedit fuisse penitentem;

*Mordek: 4.19*

*Source* *SEA 84 (68)*

**V.**

**CANNON NICENI. HERA IIII.**

Et ut episcupus si fieri potest a totius prouintiae episcupis ordinetur; Si hoc difficile est. certe non minus a tribus ita tamen ut metropolitani episcopi maxime uel presentia uel auctoritas habeatur absque quo ordinatione irrita esse uoluerunt.

*Mordek: 5.1*

*Source* *CNIC.325.4 (Rufin.)*

**hera VII;**

Et si forte in ordinando episcopo duo uel tres pro aliqua contentione dissentiant reliquorum auctoritas. et precipue metropolitani cum ceteris firmior habeantur; {habeatur *corr.*}

*Mordek: 5.2*

*Source* *CNIC.325.7 (Rufin.)*

**CANNON LAUDOCENSIS. hera XII;**

Ut episcupi iudicio metropolitanorum eorum episcuporum qui circa sunt prouehantur ad aecclesiastica potestate; Hii uidelicet qui plurimo tempore probantur. tam in uerbo fidei quam recte conuersationis exemplo;

*Mordek: 5.3*

*Source* *CLAO.300.12 (Dion.II)*

**CANNON AFRICANORUM. hera I.**

Statuta aecclesiam antiqua qui episcupus ordinandus est. ante examinetur si natura prudens est. si docibilis. si moribus temperatus. si uita castus. si subrius. si semper sui negotii uagans. si omnibus affabilis. si misericors. si litteratvs. si in lege domini instructus. si in scripturarum sensibus cautus. si in dogmatibus ecclesiasticis exer[f. 111v]citatus. et ante omnia si fidei documenta uerbis simplicibus adserat id est patrem et filium et spiritum sanctum unum deum esse confirmans. totamque in deitatis trinitatem coessentialem et consubstantialem et coomnipotentem predicans; Si singula quaque in trinitatem personam plenum deum et totas tres

personas unum deum si incarnationem diuinam non {in *add. s.l.*} patrem neque in spiritu sancto factam. sed in filio tantum; Ut qui erat in diuinitate dei patris filius ipse fieret in homine hominis matris filius; Dicitur uerus ex patre et homo uerus ex matre carnem ex matris uisceribus habens et animam humanam racionabilem simul in eo ambe naturae id est homo et deus unus filius. unus filius {unus filius *del.*} unus christus. unus dominus creator omnium et auctor quae sunt et dominus et creator cum patre et spiritu sancto omnium creaturarum qui passus sit uera carnis passione mortuus uera corporis sui morte. surrexit uera carnis sui resurrectione et uera animę resumptione in qua ueniet iudicare uiuos et mortuos; Querendum etiam ab eo si noui et ueteris testamenti. id est legis et prophetarum et apostulorum unum eundemque qedat {credat *corr.*} auctorem deum. et si diabulus non per conditione. sed per arbitrium factus sit malus; Que[f. 112r]rendum etiam ab eo si credat huius quam gestamus et non alterius carnis resurrectionem. si credat iudicium futurum et recepturos singulos pro his quae in hac carne gesserunt uel poenas. uel gloriam. si nuptiis. {non *add. s.l.*} inprobet. Si secunda matrimonia non damnet. si carnium perceptione non culpet. si penitentibus reconciliatis communicet. si in baptismo omnia peccata id est tam illud originale contractum quam illa quae uoluntariae admissa sunt dimittantur. si extra ecclesia catholica nullus saluetur; Cum in his omnibus examinatus fuerit inuentus plene instructus. tunc consensu clericorum et laicorum et conuentu tocius prouintiae episcuporum maximeque metropolitani uel auctoritate uel presentia ordinetur episcupus. suscepto in nomine christi episcupatum non suae delectatione nec suis motibus sed his patrum definitionibus adquiescat;

*Mordek: 5.4*

*Source* *SEA prologue (1)*

**VI.**

**CANNON AURILIANENSIS. HERA III.**

De metropolitanorum uero ordinationibus id placuit ut metropolitani. a metropolitano omnibus si fieri potest presentibus conprouintialibus ordinetur. ita ut ipso metropolitano priuilegium ordinandi maneat quae ordinationis consuetudo requirit; Ipse ta[f. 112v]men metropolitanus a conprouincialibus episcupus sicut decreta sedis apostolicę dixit. qui preponendus est omnibus ab

omnibus elegatur; De conprouincialibus uero ordinandis cum consensu metropolitani clerus et ciuium iuxta priorum cannonum statuta {uoluntas *add. s.l.*} electiore quiratur; {electio requiratur *corr.*} Haec autem singulis gradibus obseruanda sunt tempora si ab infancia ecclesiasticis ministris nomen dederit inter lectores usque in uicinsimum aetatis suę annum continuata obseruatione perduret; Si maiore aetate iam accesserit ita tamen ut post baptismum statim se diuine milicię desiderat mancipare. siue inter lectores. siue inter exorcistas quinquennio teneatur. et exinde acolitus uel subdiaconus. quattuor annis stet et sic ad benedictionis diaconatus si meretur accedat; In quo ordine quinque annis si inculpate gesserit herere debet exinde suffragantibus meritis stipendiis per tot grados datus propriae fidei documentis presbiterii sacerdotium poterit promereri. de quo locus illum exaccior ad bonos mores uita perduxerit. summum pontificatum sperare debebit. hac tamen lege seruata ut neque dicamus neque [f. 113r] penitens ad hos grados possit admitti. sane ut etiam defensores aecclesiae qui ex laicis fiunt supradicta obseruatione teneantur si meruerint esse in ordine clericatus;

*Mordek: 5.4a–b*
*Source (*de metropolitanorum ... electio requiratur*)* *CORL.538.3*
*Source (*haec autem ... ordine clericatus*)* *DZOS.417.339, c. 5*

**CANNON AFRICANORUM. HERA XX;**

Episcupus cum ordinatur. duo episcupi ponant et teneant euangeliorum librum super ceruicem eius. et unus fundat super eum benedictionem reliqui omnes episcupi qui adsunt manibus suis caput eius tangant;

Presbiter cum ordinatur episcupo eum benedicente et manum super caput eius tenentem etiam omnes presbiteri qui presentes sunt manus suas iuxta manus episcupi super caput illius teneant;

Diaconus cum ordinatur solus episcupus qui eum benedicit manum super caput illius ponat. quia non ad sacerdotium sed ad ministerium consecratur;

Subdiaconus cum ordinatur quia manus inpositionem non accipit patenam de manu episcupi accipiat uacuam calicem uacuum de manu uero archidiaconi accipiat. urcium cum aquamanile ac manutergium;

Acolitus cum ordinatur ab episcupo idem doceatur qualiter se in offitio suo agere debeat. sed ab archidiacono accipere debet ceroferarium cum cereo ut sciat se ad accendenda ecclesiae luminaria mancipare. et accipi[f. 113v]at urciolum uacuum ad suggerendum uinum in eucharistiam sanguinis christi;

Exorcista cum ordinatur accipiat de manu episcupi libellum in quo scripti sunt exorcismi dicente sibi episcupo. accipe et commenda et habeto potestatem inponendi manus super inerguminum siue baptizatum siue caticuminum;

Lector cum ordinatur faciat de illo uerbum episcupus indicans eius fidem ac uitam atque ingenium. post haec expectante plebe tradat ei codicem quod lecturus est dicens ad eum accipe et sto uerbi dei relator. habiturus si fideliter et utiliter officium impleueris partem cum eis qui uerbum dei ministrauerunt;

Ustiarius cum ordinatur postquam ab archidiacuno instructus fuerit qualiter in domo dei. debeat obseruare ad suggestionem archidiaconi tradast ei episcupus claues ecclesiae de altare dicens. Sic age quasi redditurus deo rationem pro his rebus quae isti {istis *corr.*} clauduntur;

Psalmista id est cantor potest absque episcupi sola iussione presbiteri officium suscipere cantandi dicente sibi presbitero. uide ut quod ore cantus corde credas. et quod corde credis operibus probes;

Sanctimonialis uirgo cum ad consecrationem sui [f. 114r] episcupi offertur in talibus uestibus adplicetur qualibet semper usura est professione et sanctimoniae aptis;

Sanctimuniales quae ad ministerium baptizandorum mulierum eleguntur tam instructe sint ad id officium. ut possint ut possint {ut possint *del.*} aperto et sano sermone docere imperitas et rusticanas mulieres tempore quo baptizature sunt qualiter baptizaturi ad interrogata respondeant et qualiter accepto baptismate uiuant;

Sponsus et sponsa cum benedicendis ad sacerdotem a parentibus suis siue a paraninfis offerantur; Qui cum benedictionem acciperint eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in uirginitate maneant.

*Mordek: 5.4c–o*

*Source* *SEA 90–101 (2–13)*

**VII.**

**CANNON ARLATENSIS. HERA XVII**

Ut nullus episcupus alius alium conculcet;

*Mordek: 7.2*

*Source* *CARL.314.17 (16) (can.ad Silv.), last sentence*

**CANNON CESARIENSIS; hera XIII.**

Uicarii autem episcuporum quos greci corepiscupos dicunt constituti sunt quidem ad exemplum LXX seniorum. sed tamquam consacerdotes propter sollicitudinem et studium in pauperes offerant et honorabiles habeantur;

*Mordek: 7.3*

*Source* *CNEO.315.13 (Isid.vulg.), second part*

**CANNON APOSTULORUM. hera XIIII;**

Episcupo non licere alienam parrochiam propria relicta peruadere;

*Mordek: 7.4*

*Source* *Can.apost. 14 (Dion.I/II), first sentence*

**VIII.**

**CANNON CALCIDONENSIS. hera XXV.** [f. 114v]

Placuit sancta {sanctae *corr.*} synodo inter {inter *corr.*} tres menses ordinationis episcuporum celebrare;

*Mordek: 8.1*

*Source* *CCHA.451.25 (Dion.I/II), partial*

**VIIII.**

**CANNON APOSTULORUM; hera XXXVII.**

Si quis episcupus non susciperit officium et curam populi sibi commissam hic communione priuetur quoadusque consentiat obędientiam commodans. Similiter autem et presbiter et diaconus; Si uero perrexit nec receptus fuerit non pro sua sententia sed pro malicia populi. ipse quidem maneat episcupus. clerici uero ciuitatis communione priuentur quod eruditores inobedientes populi non fuerint;

*Mordek: 9*

*Source* *Can.apost. 37*

**X.**

**CANNON CALCIDONENSIS; HERA V.**

Non debere presbiterum aut diaconum ne quemlibet in grado ecclesiastico nisi specialiter aecclesiae ciuitatis aut possessionis aut martirii aut monastirii qui ordinandus est pronuntietur; Qui uero absulute ordinantur decreuit sancta synodus irritam habere huiuscemodi manus inpositionem et nusquam posse ministrare ad ordinantis iniuriam;

*Mordek: 10*

*Source* *CCHA.451.6 (Dion.I/II), partial*

**XI.**

**CANNON AURILIANENSIS; HERA V.**

Si seruum absente aut nesciente domino sciente episcupo quod seruus sit diaconus aut presbiter fuerit ordinatus ipso in clericatus officio permanente. episcupus eum {domino *add. s.l.*} dupli[f. 115r]cata satisfactione conpenset; Si uero episcupus eum seruum nescierit qui testimonium perhibent aut eum supplicauerint ordinare simili redibitione teneantur obnoxii;

*Mordek: 11*

*Source* *CORL.511.8*

**XII.**

**CANNON CALCIDONENSIS; HERA X.**

Non liceat clericum conscribi simul duabus ecclesiis. et in qua inicio ordinatus est et ad quam profugit quasi ad potiorem ob inanis gloriae cupiditatem. hoc autem facientes se uocari debere ad suam aecclesiam in qua primitus ordinati sunt. et ibi tantummodo ministrare;

Si uero {iam *add. s.l.*} quis translatus est ex alia in aliam aecclesiam prioris aecclesiae uel martyrium quae sub ea sunt aut thociorum. aut synodociorum rebus in nullo communicent; Eos uero qui ausi fuerint post difinicionem magni et uniuersalis synodi quicquam ex his quae sunt prohibita perpetrare decreuit sancta synodus a proprio huiuscemodi gradu recedere;

*Mordek: 12.1*

*Source* *CCHA.451.10 (Dion.I/II)*

**CANNON AGATINSIS. HERA XXXVI.**

Abbatibus quoque singulis diuersas cellas aut plura monastiria habere non licet nisi tantum propter incursum hostilitatis intra mura receptacula collocare; [f. 115v]

*Mordek: 12.2*

*Source* *CAGD.506.38, final part*

**CANNON EPAUNENSIS. {EPAUNIENSIS *corr.*} HERA VIIII;**

Unum abbatem duobus monastiriis interdicimus presedere;

*Mordek: 12.3*

*Source* *CEPA.517.9*

**hera X.**

Cellas nouas aut gregaciunculas {congregaciunculas *corr.*} monachorum absque episcupi noticiam prohibimus instrui;

*Mordek: 12.4*

*Source* *CEPA.517.10*

**XIII.**

**CANNON AFRICANORUM; XI;**

Ut episcupus de loco ignobilem a domino {ad nobilem *corr.*} {per *add. s.l.*} ambitionem non transeat. nec quisquam inferioris ordinis clericus sane si id utilitas ecclesiae fiendum poposcerit decretum pro eo clericorum et laicorum episcupis porrecto per sententiam synodi transferatur nihilominus alio in loco eius episcupo subrogato inferioris uero grado sacerdotes uel alii clerici confe[s]sione {consensione *corr.*} suorum episcuporum possint ad alias ecclesias transmigrare;

*Mordek: 13.1*

*Source* *SEA 11 (27)*

**CANNON ARLATENSIS hera XXXI**

Si quis secularium relegiones se ad quemcumque sacerdotum crediderit conferendum ipse sibi eum quem erudiendi gratia susciperit uindicabit;

*Mordek: 13.2*

*Source* *Coll.Arel. 55*

**CANNON NICENI; hera XVI;**

Qui uero audent euertere huiusmodi forma quicumque modo nec proprium subicientur episcupis siquidem clerici sunt cannonum constitutionibus subiacebunt. si uero laici uel monachi fuerint communione priuentur;

Et ne de ciuitate inferiore ad maiorem [f. 116r] ecclesiam transire quis ambiat siue episcupus. siue etiam alius clericus;

*Mordek: 13.3*

*Source (*qui uero ... communione priuentur*)* *CCHA.451.8 (Dion.I/II), second part*

*Source (*et ne de ... alius clericus*)* *CNIC.325.16 (Rufin.)*

**HERA XVII;**

Et ne quis clericus qu[ae] {qui *corr.*} derelicta aecclesia sua nulla existente causa probabile uacatur. et oberrat per alias aecclesias suscipiantur {suscipiatur *corr.*} in communione;

*Mordek: 13.4*

*Source* *CNIC.325.17 (Rufin.)*

**HERA XVIII;**

Ut et nemo eum qui ad alium pertinet subripiens in sua ecclesia ordinet clericum absque consensum illius ad quem pertinet;

*Mordek: 13.5*

*Source* *CNIC.325.18 (Rufin.)*

**CANNON APOSTULORUM; HERA XV;**

Si presbiter aut diaconus aut quilibet de numero clericorum relinquens propriam parrochiam pergat ad alienam et omnino demigrans preter episcupi sui conscientiam in aliena commoretur

hunc ulterius ministrare non patemur. precipue si uocatus ab episcupo redire contempserit in sua inquietudine perseuerans. uerum tamen tamquam laicus sibi communicet;

*Mordek: 13.5a*

*Source* *Can.apost. 15 (Dion.II)*

**hera XVI.**

Ut episcupus qui clericus {clericos *corr.*} alterius susciperit communione priuetur;

*Mordek: 13.5b*

*Source* *Can.apost. 16, rubric (Dion.II)*

**CANNON ANTIOCENSIS. HERA XXI;**

Episcupus ad aliam parrochiam nequaquam migretur ad aliam. nec sponte sua prorsus insiliens nec ui coactus a populis. nec ab episcupis necessitate conpulsus. maneat autem in aecclesiam quam primitus sortitus est;

*Mordek: 13.6*

*Source* *CANT.328.21 (Dion.II), partial*

**CANNON CALCIDONENSIS; hera VIII;** [f. 116v]

Clerici qui proponuntur thociis. uel qui ordinantur monastiriis et basilicas martyrum sub episcuporum qui in unaquaque ciuitate sunt secuntum {secundum *corr.*} sanctorum patrum tradiciones potestate permaneant; Nec per contumatiam ab episcupo suo disiliant. qui uero audent euertere huiusmodi formam. quecumque {quocumque *corr.*} modo ne proprio subiciantur {subicivntur *corr.*} episcupi[s]. {episcupo *corr.*} si quidem clerici sunt cannonum correptionibus subiacebunt. Si uero laici uel monachi fuerint communione priuentur;

*Mordek: 13.7*

*Source* *CCHA.451.8 (Dion.I/II)*

**HERA XX;**

Clericos in aecclesia ministrantes sicut iam constituimus in alterius ciuitatis ecclesia statutos fieri non oportit. sed contentos esse in quibus ab initio ministrare debuerunt. exceptis illis qui proprias amittentes prouintias ex necessitate ad aliam ecclesiam transierint;

Si quis autem episcupus post hanc definicionem susciperit clericum ad alium episcupum pertinentem placuit et susceptum. et suscipientem communione priuari. donec his qui grau[erat] {migrauit *corr.*} clericus ad propriam fuerit reuersus ecclesiam;

*Mordek: 13.8*

*Source* *CCHA.451.20 (Dion.I/II)*

**XIIII;**

**CANNON ARLATENSIS; hera XVIIII.**

De episcupis peregrinis qui in urbe solent uenire placuit eis locum da[f. 117r]re ut offerant;

*Mordek: 14*

*Source* *CARL.314.19 (can.ad Silv.)*

**XV.**

**CANNON CALCIDONENSIS; hera XI.**

Quod non oporteat egenis epistola tribui honestiores autem commendaticiis litteris adprobare;

*Mordek: 15.1*

*Source* *CCHA.451.11, rubric (Dion.I/II)*

**HERA XIII;**

Peregrinos clericos et lectores in aliam ciuitatem preter commendaticias litteras sui episcupi nusquam penitus ministrare debere;

*Mordek: 15.2*

*Source* *CCHA.451.13 (Dion.I/II)*

**CANNON APOSTULORUM. HERA XIII;**

Si quis clericus aut laicus a communione suspensus seu communicans ad aliam properet ciuitatem et suscipiatur preter commendaticias litteras et qui susciperunt et qui susceptur {susceptus *corr.*} est communione priuentur; Excommunicato uero proteletur ipsa correptio. tamquam qui mentitus sit et ecclesia dei reduxerit; {se duxerit *corr.*}

*Mordek: 15.2a*

*Source* *Can.apost. 13 (Dion.II)*

**hera XXXIII.**

Nullus episcuporum peregrinorum. aut presbiterorum aut diaconorum sine commendaticiis suscipiatur epistolis;

*Mordek: 15.3*

*Source* *Can.apost. 34 (Dion.II), first sentence*

**CANNON AFRIGANORUM. XXXVI; HERA;**

Clerici sine commendaticiis epistolis episcupi sui licentiam non pateat euagandi;

In monachis quoque presentiae forma seruetur; Quod si [in] {in *del.*} uerborum increpatio non emendauerit etiam uerberibus statuimus coherceri;

*Mordek: 15.5*

*Source* *CAGD.506.38, first part*

**CANNON EPAUNINENSIS;** {*sic*}

Presbitero uel diacono sine antestitis sui litteris ambulantem {ambulante *corr.*} [f. 117v] communionem nullus inpendat;

*Mordek: 15.6*

*Source* *CEPA.517.6*

**CANNON AURILIANENSIS; hera XVII.**[7]

De his uero clericis qui sub qualibet occasione aut condicione in aliorum ciuitatibus uel terreturiis crediderint immorandum ne ad ullum clericatus honorem absque sui episcupi scripto. atque consensu debeat promoueri; Uerum etiam presbiterum. diacono. uel subdiacono sine episcupi sui litteris ambulantem iuxta statuta priora communionem nullus inpendat;

*Mordek: 15.7*

*Source* *CORL.538.17–18*

**XVI.**

**CANNON NICENI; HERA XI;**

Et si qui[d] {qui *corr.*} forte indiscrete ad sacerdotivm prouecti postmodum uel ipsi aliquid de se criminosum confessi sunt. {uel. *add. s.l.*} ab aliis reueicti ut abiciantur;

*Mordek: 16.1*

*Source* *CNIC.325.11 (Rufin.), first part*

**HERA XXIII;**

Ut clericus qui se eunucizauit abiciatur a clero;

*Mordek: 16.2*

*Source* *Can.apost. 23, rubric (Dion.II)*

[7] An small red *X* added in the margin beside this canon.

**HERA XXV;**[8]

Episcupus aut presbiter aut diacono. qui fornicatione[m] {fornicatione *corr.*} aut periurio aut furto captus est deponatur; non tamen communione priuetur. dicit enim scriptura. non iudicauit dominus bis in idipsum; {Na 1, 9} Similiter et reliqui ministri ecclesiae; Similiter et reliqui clerici huic conditioni subiaceant;

*Mordek: 16.3*

*Source* *Can.apost. 25–6 (Dion.II)*

**HERA XXXVI.**

Episcup[is] {Episcupo *corr.*} non audere extra terminos proprios ordinationes facere in ciuitatibus et uillis quae illis {illi *corr.*} nullo iure subiecte sunt; Si [f. 118r] uero conuictus fuerit hoc fecisse preter eorum conscientiam qui ciuitates ipsas et uillas detenent et ipse deponatur. et qui ab illo sunt ordinati;

*Mordek: 16.3a*

*Source* *Can.apost. 36 (Dion.II)*

**CANNON EPAONENSIS; HERA XVIIII;**

Abbas si in culpa reperiatur aut fraude et innocentem se adserens ab episcupo suo accipere[t] {accipere *corr.*} noluerit successorem. ad metropolitani iudicium. deducatur;

*Mordek: 16.3b*

*Source* *CEPA.517.19*

**HERA XII;**

[8] XXV] *corr. from* V *?*

Si diaconus aut presbiter crimen capitale commiserit [simul et ab offitio] {simul et ab offitio *ras.;* depositus in monastirio *add. in litura*} retrudatur ibi tantummodo quam diu uixerit communione sumenda;

*Mordek: 16.4*

*Source* *CEPA.517.22*

**CANNON AURILIANENSIS. HERA VI;**

Si diaconus. aut presbiter crimen capitale commiserint simul et ab offitio et communione pellantur;

*Mordek: 16.5*

*Source* *CORL.511.9*

**CANNON AURILIANENSIS; hera VIII.**

De adulteris {adulteriis *corr.*} autem honoratorum clericorum id obseruandum est ut si quis adulterasse aut confessus fuerit uel conuictus depositus ab officio communione concessa in monastirio toto uitae suae tempore retrudatur;

*Mordek: 16.6*

*Source* *CORL.538.8*

**HERA VIIII;**

Si quis clericus furtum aut falsitatem admiserit quia capitalia et ipsa sunt crimina communione concessa ab ordine degradetur;

*Mordek: 16.7*

*Source* *CORL.538.9 (8), first sentence*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA II;**

Ut nullus clericorum a subdiacono et supra qui uxores in proposito [f. 118v] accipere inhibentur propr[a] {proprie *corr.*}. si forte iam ab ea misceatur uxori. quod si fecerit laica communione contentus iuxta priorum cannonum statuta ab officio deponatur; Quem si sciens episcupus suus in hac uilitatis presumptione uiuentem ad officium postea admiserit et ipse episcupus ad agendam paenitentiam tribus mensibus sit a suo officio sequestratus;

*Mordek: 16.8*

*Source* *CORL.538.2*

**hera VII.**

Clerici uero qui cum uxores non habent benedictione suscepta coniugia crediderint eligenda qui uolentes absque ulla reclamatione in aetate fuerint legitima ordinati cum ipsis mulieribus quas acciperint excommunicatione pellantur; Quod si inuitus uel reclamans fuerit ordinatus ab officio quidem deponatur. sed non a communione pellatur; Episcupus autem qui inuitum aut reclamantem presumpserit ordinare annuale paenitentiae subditus missas facere non presumat;

*Mordek: 16.9*

*Source* *CORL.538.7*

**HERA VI.**

Episcupus in diocesis alienas ad alienos clericos ordinandos uel consecranda altaria inruere non debere; Quod si fecerit remotis his quos ordinauerit altaris tamen consecratione ma[f. 119r]nente transgressor cannonum anno a missarum celebritate cessabit;

*Mordek: 16.10*

*Source* *CORL.538.16 (15)*

**CANNON CESARIENSIS. HERA I.**

Presbiter qui uxorem duxerit ab ordine illum deponi debere. quod si fornicatus uel adulterium commiserit ab ecclesia abiciatur ad penitentiam uero inter laicos redigi oportit;

*Mordek: 16.11*

*Source* *CNEO.315.1 (Isid.vulg.)*

**CANNON ANQUITANUS.** {*sic*} **HERA XX.**

Si quis adulterium commiserit. VII annis in penitentiam completis. presbiteri uel diaconi in laicorum communione reddantur;

*Mordek: 16.12*

*Source* *CANC.314.20 (Isid.vulg.)*

**CANNON UALENTINE; HERA III.**

Quicumque se sub ordinatione uel di[.]conatus {diaconatus *corr.*} uel presbiterii uel episcupatus mortale crimine dixerint esse pullutos a supra dictis ordinationibus submouendos reus scilicet uel uere confessionis uel mendatio falsitatis. neque enim absolui in his potest si in ipsos se dixerint quod dictum in aliis puniretur. cum omnis qui sibi fuerit mortis causa maior homicida sit;

*Mordek: 16.13*

*Source* *CVAL.374.4*

**CANNON AFRICANORUM; hera XIIII.**

Clericus maledicus maximeque in sacerdotibus cogatur ad postulandam ueniam si nol[. .]rit {noluerit *corr.*} degradetur. nec umquam ad officium absque satisfaccione reuocetur;

*Mordek: 16.14*

*Source* *SEA 44 (57)*

**hera XLIII.**

Clericus qui adolationibus uacare de[f. 119v]prehenditur et pro dictionibus degradetur ab officio;

*Mordek: 16.15*

*Source* *SEA 43 (56)*

**HERA LXXXIIII;**

Penitentem autem si sciens episcupus ordinauerit. etiam ipse ab episcupatus sui ordinandi dumtaxat potestate priuetur;

*Mordek: 16.16*

*Source* *SEA 84 (68), second part*

**LXXXV;**

Simili sententiae subiacebit episcupus si sciens ordinauerit clericum eum qui uiduam aut repudiatam uxorem habuit. uel secundam;

*Mordek: 16.17*

*Source* *SEA 85 (69)*

**CANNON ARLATENSIS; hera VII**

Ut episcupus alterius clericum in gradu sine epistola episcupi sui promouere non presumat. Quod si presumpserit ille qui ordinatus fuerit ab honore quam acciperat remotus quod ei commissum est agere non presumat. et his qui eum sciens ordinauerit tribus mensibus communione priuetur;

*Mordek: 16.18*

*Source* *CARL.554.7*

**INCIPIT EPISTULA HORMISDE PAPE PER UNIUERSIS[9] PROUINCIIS**;

Si quis diaconus aut presbiter post acceptam benedictionem leuitica cum uxore sua in contineni {continens *corr.*} inuenitur ab officio abiciatur;

---

[9] UNIUERSIS PROUINCIIS] *corr. to* UNIUERSAS PROUINCIAS *by later hand*

Ecce manifestissime constat quia secundum titulos antiquorum patrum. a sancto iohanne papa transmissi et trecentorum decem et octo episcuporum sententias. sed et cannones gallicani continere uidentur. clerici in adulterium deprehensi et aut ipsi confessi aut [f. 120r] ab aliis reuicti ad honorem redire non possunt et quia forte non desint quibus pro nimia pietate superscripta sanctorum patrum seueritas minime placeat. sciant se et CCCtorum decem et octo episcuporum et qui reliquos cannones statuerunt sententiam reprehendere uel damnare sed forte maior est in illis pietas quam in supra dictis CCCXVIII episcupos maior illis misericordia quam in sancto iohanne apostolico papa maior caritas quam in reliquis sanctis sacerdotibus qui hoc pro [. .]emplum {exemplum *corr.*} uel remedium ecclesiarum suis definitionibus deliberauerunt. et ideo avt prona uoluntate preceptis illorum consenti[e]nt {consentiant *corr.*} aut si non fecerint omnibus contrarios se et inimicos esse cognuscant; Quae est ista iusticię inimica benignitas palpare criminosus {criminosos *corr.*} et uulnera eorum usque ad diem iudicii incurata seruare. quod si etiam eos durissima paenitentia per plures annos agere uiderimus sic idisum {idipsum *corr.*} et saluti eorum consulere et cannonum deberemus statuta seruare; Cum uero in aliquibus nec conpunctionem humilitatis. nec instantia orandi uel plangendi appareat. nec beatum dauid emitentur qui dixit. la[f. 120v]uabo per singulas noctes lectum meum lacrimis stratum meum rigabo. {Ps 6, 7} et illud cinerem sicut panem manducabam et potum meum cum fletu miscebam. {Ps 101, 10} nec eos ieiuniis uel lectione uacare uideamus possumus agnuscere si ad honorem pristinum redirent. cum quanta negligentia. et cum quanto tepore {*sic*} et inimica animę securitate permaneant. credentes quod sic eis non acta digne paenitentia dimiserit deus quomodo sacerdotes indulsisse uidentur; Uere dico quia illi ipsi quibus cum periculosa et falsa misericordia indulgere uidemur. cum ante tribunal christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint contra nos ipsas causas dicturi sunt dicentes. quod dum aut asperitate linguae eorum expauimus. aut falsa blandimenta et periculosas adolationes ipsorum libenter accipimus nos eos dum illis inutiliter indulgimus in peccatis permanere aut ipsa peccata etiam augere permiserimus non recordantes illud quod in uetere testamento scriptum est. quia uno peccante contra omnes ira dei deseuit; {deseuiit *corr.*} O pietas. o misericordia. uni parcere. et omnes per exemplum malum in discrimen adducere. non ita [f. 121r] suadet sanctus ac beatissimus ciprianus martyr dicens. qui peccanti uerbis adolantibus palpat peccati fomitem subministrat. nec premit delicta ille sed fouit; Et iterum inperitus est medicus qui tumentes uulnerum sinus manu parcente contractat. et absconditum in profundis recessibus uiros dum seruat exagerat; Unde et sanctus iohannis

constantinopolitanus episcupus arguit dicens; Imperitus est medicus qui ante degesta putridine superducit uulneri cicatricem; Et ideo diligenter perpendite si aut potest aut debet fieri ut tantorum ac talium quos supra memorauimus sacerdotum cannonum contemnentes aliter quod illi statuerunt obseruare uel agere presumamus. precipue cum se illorum CCCXVIII episcuporum qui per omnes ecclesias concilia fieri preciperunt tam sancta decreta neglexerimus non illos solos dispicimus. sed et sicut supra dictum est et affricanos et omnes reliquos qui ipsis ordinantibus per totum mundum pro ecclesiastica disciplina aliquid statuerunt cum peccato animae nostrae contempnimus; ego me in hoc periculo mittere non audeo. nec talia sunt merita mea ut aliorum peccata in me [f. 121v] excipere presumam. nec tanta eloquentia habeo ut ante tribunal christi contra tantos ac tales sanctos sacerdotes qui cannones statuerunt causas dicere possim; Uideat unusquisque qui aliter sentire uel obseruare disponit. qualiter possit in diem iudicii reddere rationem; Ego in quantum uires deus dignatus dare studere uolo eorum preceptionibus obaudire quam cum illis non rixas et {set *corr.*} pacem et qualemcumque partem habere desidero. et hoc diligenter {diligent *corr.*} adtendendum est quod secundum quod supra dictum est illi clerici qui ad uxores proprias redeunt ad integrum ab officio suspenduntur. et si etiam dicami {*sic*} et internvptiarum mariti qui utique rem licitam faciunt clerici tamen ordinare non possunt. et si ordinati fuerint eiciuntur; De quibus et sanctus faustus episcupus in epistula sua dixit. perdit gratiam consecrati Qui ad hoc {adhuc *corr.*} officium uult exercitar[i] {exercitare *corr.*} mariti; Cum haec ita sint qua conscientia quisquam dicere poterit quod ille qui adulterium commiserit iterum ad onorem {honorem *corr.*} redire possit; Hoc loco si aliquis fuerit qui dicat. ergo negas misericordiam dei qui dixit. nolo mortem peccatoris sed ut conuertatur et uiuat. {Ez 33, 11} et illud num[f. 122r]quid qui cadit et non adiciet ut resurgat. {Ps 40, 9} et illud peccator in quacumque die conuersus fuerit omnes iniquitates eius obliuioni tradentur. {Ez 33, 12–13} et ad haec libera uoce respondere et possumus et debemus; Absit a nobis ut de istis sententiis uideamur uel leuiter dubitare; Difinitissime enim credimus quod qui usque ad finem uite suae penitentiam digne egerit. non solum indulgentiam accipiat. sed etiam ad premia eterna perueniat; Propter regulam tamen ecclesiasticam seu propter antiquorum patrum statuta quę absit a nobis ut reprehendere aut discutere audeamus cumque credimus ad uitam aeternam post bene actam paenitentiam uenire ad honorem clericatvs secundum tantorum patrum precepta nouimus non debere reuerti. in tantum ut in cannonibus scriptum sit. ne ullus umquam penitens clericus ordinetur Et si ille qui ultro petit penitentiam quamuis eam perfecte agit. non potest episcupus aut

presbiter ordinari; Ita ut etiamsi per ignorantiam ordinatus fuerit. et postea conuincitur penitentiam accipisse deicitur. ille qui inuitus ad penitentiam agendam in monastirio mittitur et utique quid aliud {quam *add. s.l.*} peni[.]ens {penitens *corr.*} dicendus est. qu[i]a {qua *corr.*} [f. 122v] conscientia ad sacerdotium redire permittitur; Nemo mihi alia quelibet contra auctoritatem sedis apostolicae. uel contra CCCXVIII episcuporum precepta ue {uel *corr.*} reliquorum cannonum statuta abiciat. Quia quicquid contra illorum definitionibus in quibus spiritum sanctum locutum esse credimus dictum fuerit recipere non solum temerarium sed etiam periculosum esse non dubito; Ualde enim metuo et contremisco illam damnationem quam hely sacerdos propter stultam indulgentiam accipere meruit. qui pro eo quod filios suos negligenter castigauit. et eos nec cedere nec excommunicare uoluerit ipsi filii uno die occisi sunt. et XXX milia de populo interfecta sunt et arca testamenti capta est. et ipse retro cadens fractis ceruicibus mortuus est. et nomen ipsius de libro uitae deletum est; E contra finees qui pro eo quod zelo dei commotus. duos adulteros pariter interficit[10] totum populum de dei iracundia liberauit; Nec hoc ideo dico ut sicut ille fecit etiam nunc per mortem corporum sacerdotes domini debeant uindicare. sed quia melius est unusquisque paruo tempore donec uiuit in hoc mundo uerecundiam et [f. 123r] confusionem susteneat quam postea ad supplicia aeterna perueniat. et multum ei utilius est propter aliorum exemplum quamdiu uiuit remotus ab honore penitentiam agat. et remedium sibi in die necessitatis adquirat; Quicumque paruitati meę in hac causa uoluerit honerosus existere. alium ei responsum dare non delibero nisi quod supra dicti cannones continere uidentur;

*Mordek: 16.18a–ab*

*Source* C*AESARIVS, Ep.encyclica (= DHOR.514.†868)*

**XVII.**

**CANNON APOSTULORUM; HERA XXIII;**

Si quis presbiter. aut diaconus ab episcupo suo segregetur hunc nunc licere ab alio recipi. sed ab ipso qui eum sequestrauerit nisi forsitan uoluerit episcupus. ipse qui eum sequestrasse cognuscitur;

*Mordek: 17.2*

---

[10] interficit] in terficit *MS (a letter has possibly been erased following* in*)*

*Source* *Can.apost. 33 (Dion.II)*

**HERA XXVIIII;**

Si quis episcupus aut presbiter. aut diaconus depositus iuste super certis criminibus ausus fuerit adtractare ministerium dudum sibi commissum hic ab aecclesia penitus abscidatur;

*Mordek: 17.4*

*Source* *Can.apost. 29 (Dion.II)*

**HERA. XII;**

Si quis cum damnato ueluti cum clerico simul simul {simul *del.*} orauerit iste damnetur;

*Mordek: 17.3*

*Source* *Can.apost. 12 (Dion.II)*

**HERA. XI.**

Si quis qum excommunicato saltim in domo simvl orauerit iste communione priuetur;

*Mordek: 17.5*

*Source* *Can.apost. 11 (Dion.I/II)*

**CANNON ANTIOCENSIS; HERA II.**

Si quis episcupus aut presbiter. aut diaconus. seu quilibet ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis com[f. 123v]munica[. . . .]iam {communicare etiam *corr.*} isti priuentur communione

*Mordek: 17.6*

*Source* *CANT.328.2 (Dion.II), partial*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA III.**

Si quis episcupo uel de aecclesie uel de proprio iure crediderit aliquid repetendum si nihil conuicii aut criminationis obiecerit eum pro sola conuentione a communione aecclesiae non liceat submoueri;

*Mordek: 17.7*

*Source* *CORL.511.6*

**HERA VIII;**

Si diaconus aut presbiter pro reatu suo se ab altaris communione sub penitentis professione submouerit. si quoque alii defuerint. et causa certe necessitatis exoritur poscenti baptismum liceat baptizare;

*Mordek: 17.8*

*Source* *CORL.511.12*

**hera XXIII;**

Si quis clericorum circa se aut districtione aut tractatione episcupi sui putat iniusta iuxta antiquas consuetudines recurrat ad synodum;

*Mordek: 17.9*

*Source* *CORL.538.23 (20)*

**CANNON EPAUNIENSIS; hera XXVIIII;**

Si qui ante damnati absolutione subito rapiatur correctum aut penitentem successori licebit absoluere;

*Mordek: 17.10*

*Source* *CEPA.517.28*

**CANNON ARALATENSIS; HERA IIII.**

Ut presbiter. presbiterum. diaconum. uel subdiaconum de ordinem deponere nesciente episcupo suo non presumat Quod si fecerit ille officium implere penitus non presumat;

*Mordek: 17.11*

*Source* *CARL.554.4. Note: 'in officio priuatus' probably omitted here through homoioteleuton.*

**CANNON ARLATENSIS. HERA XXVIIII.**

Si quis a communione sacerdotale fuerit auctoritate suspensus. hunc non solum a cle[f. 124r]ricorum. sed etiam a totius populi conloquio atque conuentu placuit excludi donec resipiscens ad sanitatem redire festinet;

*Mordek: 17.12*

*Source* *Coll.Arel. 49*

**XVIII.**

**CANNON. EPAUNIENSIS; hera XXVII;**

Ad celebranda diuina officia ordinem quam metropolitani tenent. prouinciales eorum obseruare debe[re]nt; {debent *corr.*}

*Mordek: 18.1*

*Source* *CEPA.517.27*

**EPISTULA INNOCENTII. PAPE;**[11]

Si in statuta {*sic*} ecclesiastica ut sunt a beatis apostolis tradita integra uellent seruare domini sacerdotes nulla diuersitas. nulla uarietas in ipsis ordinibus a consecrationibus haberetur. sed

[11] A modern hand (the same as make notes on fols 104r, 106r and 195v) has added the following reference in the right margin: *Binnius Tomo Primo Conc. pag. 751* {sic} *odib. A. 1606.* The reference is to S. Binius's *Concilia Generalia, Et Provincialia, Quaecunque Reperiri Potuerunt ...* (Cologne, 1606), Vol. 1, p. 571.

dum unusquisque non quod traditum est sed quod sibi uisum fuerit hoc estimat esse tenendum. inde diuersa in diuersis locis uel ecclesiis aut tenere aut celebrare uidentur; Hac fit scandalum populis qui dum nesciunt tradiciones antiquas humana presumptione corruptas putent sibi aut ecclesias conuenire aut apostolis uel apostolicis ipsis contrari[a]tatem {contrarietatem *corr.*} inductam. Quis ergo nesciat aut non aduertat id quod a principe apostulorum petro romane aecclesiae traditum est. hac nunc usque custoditur ab omnibus debere seruare. nec superduci. aut introduci aliquid quod auctoritatem non habeat. aut aliunde [f. 124v] accipere uideamur exemplum presertim cum sit manifestum in omne italia gallias spanias africa atque sicilia et insulas interiacentes Nullum instituisse ecclesias nisi eos quos uenerabilis apostulus petrus aut eius successores constituerunt sacerdotes aut legant si in his prouinciis alius apostulorum inuenitur aut legitur docuisse. qui si non legunt quia nusquam inueniunt oportet eos hoc sequi quod ecclesia romana custodit. ex qua eos principium accipisse non dubium est. ne dum peregrinis adsertionibus student caput institutionum uideantur amittere; sepe dilectionem tuam ad urbem uenisse ac nobiscum in ecclesia conuenisse non dubium est. et quem morem uel in consecrandis mysteriis uel in ceteris agendis archanis teneat cognouisse quod sufficere arbitrarer ad informationem ecclesię tuae. uel reformationem precessoris tui minus aliquid. aut aliter tenuerunt. sed certum haberem nisi de aliquibus consulendos nos esse dixisses. Quibus idcirco respondemus. non quod te aliqua ignorare credamus. sed ut maiorem auctoritatem uel tuos instituas uel [f. 125r] si qui a romanae aecclesiae institutionibus errant aut commoneas. aut indicare non differas. ut scire ualeamus qui sint qui aut nouitates inducunt. aut alterius aecclesię quam romanae existimant consuetudinem esse seruandam; Pacem igitur adseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare uel sibi inter se sacerdotes tradere; Cum post omnia quae aperire non debeo pax sit necessaria indicenda. per quam constet populum ad omnia quae in mysteriis aguntur. atque in aecclesia celebrantur prebuisse consensum ac finita esse pacis concludentis signaculum demonstrentur;

De nominibus uero recitandis antequam precem sacerdos faciat atque eorum oblaciones quorum nomina recitanda sunt sua oratione commendet. quam superfluum sit. et ipse per tuam prudentiam recognuscis; Ut cuius hostia necdum deo offeras. eius ante nomen insinuis quamuis illi incognitum nihil s[a]t {sit *corr.*} prius ergo oblaciones sunt commendande hac tunc eorum nomina quorum sunt edicenda. ut inter sancta mysteria nominentur non inter alia quę ante premittimus. ut ipsis mysteriis uiam futu[f. 125v]ris precibus aperiamus; De consignandis uero

infantibus manifestum est non ab alio quam ab episcupo fieri licere. nam presbiteri licet sint secundi sacerdotes pontificatus tamen apicem non habent hoc autem pontificibus solis debere uel ut cogsignent uel paraclitum spiritum tradant. non solum consuetudo ecclesiastica demonstrat uerum illa lectio actuum apostulorum {quae *add. s.l.*} adserit. petrum et iohannem esse directos. Qui iam baptizatis tradant spiritum sanctum. nam presbiteris seu extra episcupo siue presente episcupo cum baptizant crismate unguere licet baptizatos. sed quod ab episcupo fuerit consecratum.[12] non tamen fronte ex eodem oleo signare quod solis debetur episcupis cum tradunt spiritum paraclitum. uerba uero dicere non possum. ne magis prodere uidear dum ad consulationem {consultationem *corr.*} respondere;

*Mordek: 18.2*

*Source* *DINN.401.311 (ed. Cabié, ll. 1–65)*

## XVIIII.

### CANNON APOSTULORUM. XXV hera.

Sanctorum reliquiae in oraturiis uillaribus non ponantur. nisi forsitan clericus cuiuscumque parrochię uicinus esse contingat qui sacris generibus psallendi frequentia famulentur. Quod si illi defuerint. non ante proprie ordinentur quam eis conpetens uictvs et uestitus substantia deputetur; [f. 126r]

*Mordek: 19*

*Source* *CEPA.517.25*

## XX.

### CANNON APOSTULORUM. HERA XXVI.

Altaria nisi lapidea a crismate unguere non sacrentur;

*Mordek: 20.1*

*Source* *CEPA.517.26*

[12] consecratum] *corr. from* consecrato *?*

**CANNON AG[I]ATENSIS; {AGATENSIS *corr.*} HERA XIIII;**

Altaria uero placuit non solum unctione crismatis. sed etiam sacerdotale benedictione sacrari;

*Mordek: 20.2*

*Source* *CEPA.517.14*

**XXI.**

**CANNON APOSTULORUM. XLVII**

Episcupus aut presbiter. si eum qui secundo ueritatem habuerit baptisma dinuo baptizauerit {aut si pollutum ab impiis non baptizauerit. *add. in mg.*} deponatur tamquam deridens crucem et mortem domini nec sacerdotes a falsis sacerdotibus iure discernens;

*Mordek: 21.1*

*Source* *Can.apost. 47 (Dion.II)*

**HERA XLVIIII.**

Quod in nomine trinitatis debeat baptizare;

Si quis episcupus aut presbiter. iuxta preceptum domini non baptizauerit. in nomine patris et filii et spiritus sancti. sed in tribus {cf. Mt 28, 19} sine inicio principiis aut in tribus filiis. aut in tribus paraclitis. abiciatur;

*Mordek: 21.2*

*Source* *Can.apost. 49 (Dion.II)*

**HERA L.**

Si quis episcupus aut presbiter. non trina mersione unius misterii celebret. et semel mergat in baptismate quod dare uidetur in deum morte deponatur. non enim dixit nobis dominus in morte

mea baptizate sed euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. {Mt 28, 19}

*Mordek: 21.3*

*Source* *Can.apost. 50 (Dion.II)*

**CANNON MATISCERSIS.** {*sic*} **HERA III;**

Relatione quorundam fratrum nostrorum conperimus christianos non obseruantes legitimum bap[f. 126v]tismum pene per singulos dies ac natales martyrum filios suos baptizare ita ut uix duo uel tres reperiantur in sancta pascha qui per aquam et spiritum sanctum regenerentur. idcirco censuimus ut ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare preter illos quos infirmitas nimia aut dies extremus conpellet filiis suis percipere. ideoque presentibus admonitionibus a suis erroribus uel ignorantia reuocati omnes omnino a die. XLmo. cum infantibus suis ad ecclesiam obseruare precipimus. ut inpositio manus certis diebus adepti sacri olei liquore peruncti legitimi die {diei *corr.*}[13] festiuitate fruantur et sacro baptismate regenerentur quo possint et honoribus si uita comis fuerit sacerdotalibus fungi. et singularis celebrationis sollemnitatis;

*Mordek: 21.4*

*Source* *CMAC.585.3*

**CANNON LAUDOCENSIS. HERA XLV.**

Quod non oporteat ad baptisma quemquam post duas quadraginsimi ebdomas admitti;

*Mordek: 21.5*

*Source* *CLAO.300.45 (Dion.II)*

**HERA XLVI.**

Quod oportet eos qui ad baptisma ueniunt simbulum fidei discere. et quinta feria septimane maioris. episcupis aut presbiteris reddere;

[13] diei] *corr. from* dies *?*

*Mordek: 21.6*

*Source* *CLAO.300.46 (Dion.II)*

**XLVII.**

Quod oporteat eos qui inegritudine percipiunt baptisma. post quam conualuerint fi[f. 127r]dem perdiscere et scire cuius muneris participes facti sint;

*Mordek: 21.7*

*Source* *CLAO.300.47 (Dion.II)*

**CANNON AFRICANORUM; HERA XXIII;**

Babtizandi nomen suum dent et diu sub abstinentia uini et carnium. ac manus inpositione crebre examinati baptismum percipiant;

*Mordek: 21.8*

*Source* *SEA 23 (85)*

**HERA XXXIIII.**

Ut neoffiti aliquandiu et laucioribus epulis et expectaculis uel coniugibus absteneant;

*Mordek: 21.9*

*Source* *SEA 24 (86)*

**CANNON AURASICO.**

Nullum ministrorum qui baptizandi recipit officium sine crismate umquam debere progredi quia inter nos placuit semel crismari. de eo autem qui baptismate quacumque necessitate faciente non crismatus fuerit in confirmationem {confirmatione *corr.*} sacerdos commonebitur

*Mordek: 21.11*

*Source* *CORA.441.2, first part*

## XXII;

**CANNON LAUDOCINSIS; HERA XLVIII.**

Quod oporteat eos qui baptizantur post lauacrum crisma caeleste percipere et regni christi participes inuenire;

*Mordek: 22.1*

*Source* *CLAO.300.48 (Dion.I/II)*

**DE EPISTOLA INNOCENTII PAPE; HERA III.**

Leccio actuum apostulorum adserit petrum et iohannem esse directos qui am baptizatis tradant spiritum sanctum. nam presbiteri seu extra episcupo siue presente episcupo. cum baptizant crismate unguere licet baptizatos. sed quod ab episcupo fuerit consecratum. non tamen frontem [f. 127v] ex eodem oleo signare quod solis debetur episcupis cum tradunt. spiritum paraclitum;

*Mordek: 22.2*

*Source* *DINN.401.311 (ed. Cabié, ll. 58–64)*

**ITEM CANNON LAUDICINSIS. XXVIII**

De flectendo {genu *corr.*} quoniam sunt quidem {quidam *corr.*} in die dominico genua flectentes. et in diebus pentecosden ut omnia in uniuersis locis consonanter obseruentur placuit sancto concilio stantes domino uota per soluere;

*Mordek: 22.4*

*Source* *CNIC.325.20 (Dion.I/II)*

## XXIII;

**CANNON ARLATENSIS; HERA I.**

Censuimus ergo pascha domini per orbem totum una die obseruare;

*Mordek: 23.1*

*Source* *CARL.314.1 (ep.ad Silv.), last sentence*

**CANNON. AURILIANENSIS; HERA XXII;**

Ut nulli ciuium pascha natale domini uel quinquagisime sollemnitates in uilla liceat celebrare nisi quem infirmitas probabitur tenuisse;

*Mordek: 23.2*

*Source* *CORL.511.25*

**CANNON MATISCENSIS; HERA II.**

Pascha itaque nostrum in quo summus sacerdos ac pontifex pro nostris delictis nulla habens obnoxiatione peccati immolatus est debemus omnes festissime colere et sedule obseruationis senceritate in omnibus uenerare. ut illis sanctissimis sex diebus nullus seruilem opus audeat facere sed omnes simul quo adonati hymnis paschalibus indulgentes perseuerationis nostrae presentia cotidianis sacrificiis ostendimus laudantes creatorem ac regeneratorum nostrum uespere et mane et meridię;

*Mordek: 23.3*

*Source* *CMAC.585.2*

**CANNON. MATISCENSIS. HERA I;** [f. 128r]

Custodite diem dominicum quo nos dinuo peperit et a peccatis omnibus liberauit. nullus uestrum litium {litium *del.*} litium fomitibus uacet. nullus causarum acciones exerceat. nemo sibi talem necessitatem exibeat que iugum ceruicibus iuuencorum ponere cogat. stote {*sic*} omnes in hymnis et laudibus dei animo corpore qu[erit] {corporeque *corr.*} intenti;

*Mordek: 23.4*

*Source* *CMAC.585.1, partial*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA XXXI.**

Quia persuasum est populis die dominico agi cum caballis et bubus et uehiculis itinera non debere neque ullam rem {ad uictu *add. s.l.*} preparare uel ad nitorem domvs uel humanis pertinentem ullatenus exercere quae res ad iudaicam magis quam christianam obseruantiam pertinere probatur. id statuimus ut die dominico quod ante fieri lucuit liceat De opere tamen ruralem. id est arata uel uinea seccione. excussione. exarto uel sepe censuimus abstinendum quo facilius ad aecclesiam uenientes orationis gratiam uacent; Quod si inuentus fuerit quis in operibus suprascriptis quae interdicta sunt exercere. qualiter emendare debeat. non in laici directione. sed in sacerdotis castigatione consistat;

*Mordek: 23.5*

*Source CORL.538.31 (28)*

**CANNON AURILIANENSIS. HERA XXIII;**

Cum ad celebrandas missas in dei nomine conuenitur. populus non an[f. 128v]te discedat quam missae sollemnitas conpleatur. et ubi episcupus fuerit benedictionem accipiant sacerdotis;

*Mordek: 23.6*

*Source CORL.511.26*

**HERA XXVIII;**

Episcupus si infirmitate non fuerit inpeditus ecclesiae cui proximus fuerit die dominico deesse non liceat;

*Mordek: 23.7*

*Source CORL.511.31*

**CANNON AFRICANORUM; HERA. LXXXVII;**

Qui dominico die studiose ieiunat. non credatur catholicus;

*Mordek: 23.8*

*Source* *SEA 77 (64)*

**HERA LXXVIII.**

Paschae sollemnitas uno die et tempore celebranda;

*Mordek: 23.9*

*Source* *SEA 78 (65)*

**XXIIII**

**CANNON AURILIANENSIS. HERA XXI;**

Ita sacerdotibus omnibus est decretum. ut ante paschę sollemnitate non quinquagisima. sed quadraginsima tenea[n]tur; {teneatur *corr.*}

*Mordek: 24.1*

*Source* *CORL.511.24*

**CANNON AGATINSIS. HERA XII;**

Placuit etiam ut omnes aecclesiae exceptis diebus dominicis. in XLma etiam die sabbati a sacerdotale ordinatione. et dis[. . . . .]ione {districtione *corr.*} comminatione ieiunent;

*Mordek: 24.2*

*Source* *CAGD.506.12*

**CANNON. MATISCENSIS hera VIIII**

Ut a feria sancti martini. usque ad natale domini. secunda IIII et VI sabbati ieiunent et sacrificia quadraginsimale debeant ordine celebrare. in quibus diebus cannones legendos esse speciale definicione sanccimus. ut nullus se fateatur per ignorantiam deliquisse;

*Mordek: 24.3*

*Source* *CMAC.581.9*

**CANNON AURILIANENSIS. HERA XXIIII.**

Rogationes id est [f. 129r] letanias ante ascensione domini ab omnibus ecclesiis placuit celebrare. ita ut premissum triduanum ieiunium in dominice ascensionis festiuitate soluatur. per quod triduum serui uel ancille ab omne opere laxentur. quo magis plebs uniuersa conueniat. quo triduum omnes absteneant. et XLmalibus cybis utantur;

*Mordek: 24.4*

*Source* *CORL.511.27*

**HERA XXV.**

Clerici uero qui ad hoc opus sanctum esse {adesse *corr.*} contemserint secundum arbitrium episcupi. ecclesiae[14] suscipiant disciplinam;

*Mordek: 24.5*

*Source* *CORL.511.28*

**CANNON LUGDUNENSIS; HERA VI;**

Placuit etiam uniuersis fratribus ut {in *add. s.l.*} prima ebdomada noni mensis hoc est ante die dominica quae prima in ipso mense inluxerit letaniae sicut ante ascensione domini sancti patres fieri decreuerunt deinceps ab omnibus ecclesiis seu parrochiis celebretur;

*Mordek: 24.6*

*Source* *CLYO.567.6*

---

[14] ecclesiae] *with macron over* ae*, as if* ecclesiasticae

**CANGRENSIS** {*sic*} **hera XVIIII**

Si quis eorum qui continentiam studet. non absque necessitate corporea tradita in commune ieiunia et ab ecclesia custodita superbiendo dissoluit stimulo suae cogitationis inpulsus. anathema sit.

*Mordek: 24.7*

*Source* *CGAN.355.19 (Dion.I/II)*

**XXV.**

**CANNON. AGATENSIS; hera I.**

Si quis etiam extra parrochias in quibus legitimus est ordinarius quae conuentvs oraturium in agro habere uoluerit reli[f. 129v]quis festiuitatibus ut ibi missas teneant propter fatigatione familiae iuxta ordinatione permittimus;

Pascha uero. natale domini et teophania {*sic*} ascensione domini pentecosden. et natale sancti iohannis baptiste uel si qui maximi dies in festiuitatibus habentur non nisi in ciuitatibus aut in parrochiis teneant. clerici uero si qui in his festiuitatibus quas supra diximus in oraturiis his nisi iubente aut permittente episcupo facere. aut tenere uoluerit {uoluerint *corr.*} a communione pellantur;

*Mordek: 25*

*Source* *CAGD.506.21*

**XX[X]VI.** {**XXVI** *corr.*}

**CANNON APOSTULORUM; HERA III;**

Nihil aliud in sacrificio preter {id *add. s.l.*} quod dominus docuit offerendum;

Si quis episcupus aut presbiter preter ordinationem domini alia quedam in sacrificio offerat super altare. id est aut mel aut lac. aut pro uino sicera et confecta quedam. aut uolatilia. aut animalia aliqua aut legumina contra constitutionem domini faciens congr[o] {congruo *corr.*} tempore deponatur;

*Mordek: 26.1*

*Source* *Can.apost. 3 (Dion.II)*

**HERA IIII;**

Quae species ad altare non ad sacrificium sed ad benedictionem simplicem debeant exberi. {exhiberi *corr.*} offerri non liceat aliquid ad altare preter nouas spicas et uuas. {et *add. s.l.*} oleum luminariam et thimiama id est incensum tempore quo sancta ce[f. 130r]lebratur oblatio

*Mordek: 26.2*

*Source* *Can.apost. 4 (Dion.II)*

**HERA V.**

Reliqua poma omnia et primiciae ad domum episcupi et presbiteri dirigantur nec offerantur in altare; Certum est autem quod episcupus. {episcupis *corr.*} et presbiteris et diaconibus diuidat et reliquis clericis;

*Mordek: 26.3*

*Source* *Can.apost. 5 (Dion.I/II)*

**CANNON MATISCENSIS; HERA IIII;**

Decernimus ut omnibus dominicis diebus sacris oblacio ab omnibus uiris uel mulieribus offerre tam pane quam uinum. ut per has immolationes et peccatorum suorum facibus careant et abel uel ceteris iustis offerentibus pro[.]mereantur {promereantur *corr.*} esse consortes; Omnis autem qui definiciones nostras per inoboedientiam euacuare contendit anathimate percelatur {percellatur *corr.*} et missas perexpectent. sin aliud excommunicentur;

*Mordek: 26.4*

*Source (*decernimus ... percellatur*)* *CMAC.585.4, second part*

*Source (*et missas ... excommunicentur*)* *Coll.vet.Gall. 27, rubric*

**XXVII.**

**CANNON ANTIOCENSIS;**

Omnes qui ingrediuntur aecclesiam dei. et scripturas sacras sanctas audiunt nec communicant in oratione cum populo. sed per {*sic*} quadam intemperantia se a perceptione sanctae communionis auertunt hii de ecclesia remoueantur quamdiu per confessionem penitentiae fructos ostendant et precibus indulgentiam consequantur;

*Mordek: 27.1*

*Source* *CANT.328.2 (Dion.II), first part*

**CANNON APOSTULORUM; HERA VIIII;**

Si quis episcupus aut presbiter. aut diacono uel quilibet ex [f. 130v] sacerdotale cathaloco {*sic*} facta oblacione non communicauerit. aut cau[. . a]sam {causam *corr.*} dicat ut si racionabilis fuerit ueniam consequatur. aut si non dixerit communione priuetur;

*Mordek: 27.2*

*Source* *Can.apost. 9 (Dion.II), first part*

**HERA X.**

Omnes fideles qui ingrediuntur aecclesiam. et scripturas audiunt non autem perseuerant in oratione nec sanctam communionem percipiunt uelut inquietudines in ecclesia com[ne . . ]tes {commouentes *corr.*} {conuenit *add. s.l.*} communione priuari;

*Mordek: 27.3*

*Source* *Can.apost. 10 (Dion.I/II)*

**CAN {*sic*} AGATENSIS; HERA XIIII;**

Seculares uero qui natale domini pascha pentecosden non communicauerint catholici non credantur. nec inter catholicos habeantur;

*Mordek: 27.4*

*Source* *CAGD.506.18*

**CANNON MATISCENSIS; HERA VI.**

Ut nullus presbiterorum confectus cybo. aut crapulatus a uino sacrificia contrectare aut missas priuatas festisque diebus ce[r]ebrare {celebrare *corr.*} iniustum est enim ut spiritale alimento corporale preponatur. sed si quis hoc adtemtare curauerit dignitatem amittat honoris;

*Mordek: 27.5*

*Source* *CMAC.585.6, first part*

**CANNON LAUDICINSIS; hera XVIIII.**

Solis autem ministerio sacro deditis ad altare ingredi et communicare ibidem liceat;

*Mordek: 27.6*

*Source* *CLAO.300.19 (Dion.I/II), last sentence*

**hera XLIIII**

Quo [. . .] {Quod *corr.*} non oporteat ingredi mulieres ad altare;

*Mordek: 27.7*

*Source* *CLAO.300.44 (Dion.I/II)*

**HERA LVII.**

Quod non oporteat in domibus oblaciones celebrare ab episcupis uel [f. 131r] presbiteris;

*Mordek: 27.8*

*Source* *CLAO.300.58 (Dion.II)*

**CANNON NICENI. HERA XIII;**

Generaliter autem omni cuilibet in exito posito et poscenti sibi communionis gratiam tribui ab episcupo probabiliter et oblacionem dare debet;

*Mordek: 27.9*

*Source* *CNIC.325.13 (Dion.I/II), last sentence*

**XXVII** {**XXVIII** *corr.*}

**HERA I;**

Hoc etiam pro edificatione omnium ecclesiarum et pro utilitate tocius populi nobis placuit. et non solum in ciuitatibus sed etiam in omnibus parrochiis uerbum faciendi daremus presbiteris potestatem. ita ut si presbiter pro aliqua infirmitate per seipsum non potuerit predicare sanctorum patrum humiliae a diaconibus recitentur; Si enim digni sunt diaconi quod christus in euangelio locutus est legere quare indigni iudicentur sanctorum expositiones publice recitare;

*Mordek: 28.1*

*Source* *CVAI.529.2*

**CANNON AFRICANORUM; HERA XXXI.**

Sacerdotem in aecclesia uerbum facientem qui egressus de auditorio fuerit excommunicetur;

*Mordek: 28.2*

*Source* *SEA 31 (24)*

**HERA XXXIIII;**

Qui die sollemne pretermisso ecclesię conuentum ad expectacula uadit excommunicetur;

*Mordek: 28.3*

*Source* *SEA 33 (88)*

**HERA XXXVII;**

Mulier quamuis docta et sancta uiros in conuentu docere non presumat;

*Mordek: 28.4*

*Source* *SEA 37 (99)*

**HERA XXXVII;**

Laicus presentibus clericis nisi ipsis probantibus docere non audeat;

*Mordek: 28.5*

*Source* *SEA 38 (98)*

**XXVIIII;**

**CANNON AFRICANORUM;**

Episcupis uel presbiteris. si causa uisitande eccle[f. 131v]siae ad alterius episcupi ecclesiam conueniant in gradu suo suscipiantur. et tam ad uerbum faciendum quam ad oblacionem consecrandam inuitentur;

*Mordek: 29.1*

*Source* *SEA 56 (33)*

**CANNON MITISCENSIS; HERA XI;**

Hospitalitatem reconciliare si quis nostrum non admonuerit aut exemplum exortacionis suae ipse prius opere non probarit indignationem procul dubio incurrit domini magestatis predicetur hoc nostrae mediocritatis; statutum in auribus omnium christianorum;

*Mordek: 29.2*

*Source* *CMAC.585.11, first part*

## XXX;

### CANNON MATISCENSIS; HERA V;

Decernimus ut mos antiqua a fidelibus reparetur et decimas ecclesiasticis famulantibus ceremoniis populus omnes inferat quas sacerdotes aut in pauperum usibus aut in captiuorum redemptionem prerogantes suis orationibus populo pacem ac salutem impetrent;

*Mordek: 30*

*Source* *CMAC.585.5, partial*

## XXXI

### CANNON AFRICANORUM; hera XXXVI;[15]

{Pauperes et senes ecclesiae. plus ceteris honorandos; *add. in mg.*}

*Mordek: 31.1*

*Source* *SEA 32 (83)*

Uiduae aduliscentes quae corpore debiles sunt sumptu aecclesiae cuius uiduae {sunt *add. in mg.*} sustententur;

*Mordek: 31.2*

*Source* *SEA 36 (101)*

---

[15] Originally, the scribe had omitted the following text of this canon, proceeding immediately from this rubric heading to the following canon (*Uiduae aduliscentes*...). The scribe later added the omitted text (*Pauperes et senes*...) in the margin, indicating (via a signe de renvoi) that it is to be inserted after ***hera XXXVI***. The new Title number (**XXXI**) was also repositioned in the process.

**hera LXVIII;**

Ad reatum episcupi pertinet. uel presbiteri qui parrochiae preest si sustentande uitae presentis causa aduliscentiores uiduae uel sanctimonialis clericorum familiaritatibus subiciantur;

*Mordek: 31.3*

*Source* *SEA 68 (102)*

**HERA LVIII;**

Eorum qui pauperes oppremunt dona a sacer[f. 132r]dotibus refutanda;

*Mordek: 31.4*

*Source* *SEA 69 (94)*

**CANNON MATISCENSIS; HERA XII;**

Decernimus ut iudices non prius uiduas pupillos conueniant nisi episcupo nuncient cuius sub uelamine degunt; Quod si episcupus presens non fuerit archidiacono uel presbitero cuidam eius ut pariter sedentes commune deliberatione causas eorum terminos figant. ita iuste ac recte. ut deinceps de talibus ante dicte persone non quassentur; {*sic*} Quod si his qui iudex est aut inpetitur eis aut iniuriam aliquam ingesserit aut difinicionem tanti concilii transgressus fuerit. a communione suspendatur;

*Mordek: 31.5*

*Source* *CMAC.585.12, abbrev.*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA XII;**

Episcupus pauperibus uel infirmis qui debilitate faciente non possunt suis manibus laborare uictum et uestitum in quantum possibilitas habuerit largiatur;

*Mordek: 31.6*

*Source* *CORL.511.16, abbrev.*

**CANNON LUGDUNENSIS; HERA VI;**

Placuit etiam uniuerso concilio ut unaquaque ciuitas leprosos qui intra territurium ciuitatis ipsius aut nascuntur aut uidentur consistere ab episcupo ecclesiae ipsius sufficientia alimenta et necessaria uestimenta accipiant. ut illis per alias ciuitates uagandi licentia denegetur;

*Mordek: 31.7*

*Source* *CLYO.583.6*

**CANNON AFRICANORUM; HERA VI.**

Ut episcupus gubernatione uiduarum et pupillorum ac peregrinorum non per seipsum sed per archipresbiterum uel [f. 132v] archidiaconum cogat;

*Mordek: 31.8*

*Source* *SEA 7 (17)*

**XXXII.**

**CANNON APOSTULORUM. HERA XXXVIIII.**

Omnium negutiorum ecclesiasticarum curam episcupus habeat et ea uelut deo contemplantem dispenset nec ei liceat ex his aliquid omnino contingere aut parentibus propriis quae dei sunt condonare. quod si pauperes sunt. tamquam pauperibus subministret necccasione {ne occasione *corr.*} ecclesiae negutia depredentur;

*Mordek: 32.1*

*Source* *Can.apost. 39 (Dion.II)*

**HERA XLI;**

Quod episcupus ecclesiasticarum rerum pro dispensatione rerum habeat potestatem; Precipimus ut in potestate sua episcupus ecclesiae res habeat. Si enim animae hominum preciose illis {illi sunt *corr.*} credite. multo magis oportet eum cura pecuniarum gerere. ita. ut potestate eius indigentibus omnia ministrentur per presbiteros et diaconos et cum timore omneque sollicitudine ministrentur. ex his autem quae indigent ad suas necessitates et ad peregrinorum fratrum usus et ipse percipiat ut nihil eis possit omnino deesse; Lex enim dei precipit. qui ad altare seruiunt de altare pascantur. quia nec in illis stipendiis propriis contra hostes arma sustulit;

*Mordek: 32.2*

*Source* *Can.apost. 41 (Dion.II)*

**CANNON AURILIANENSIS hera X**

Antiquos cannones relegentes priora statuta credimus renouanda. ut de hiis quae in altario oblaciones fidei conferuntur. me[f. 133r]dietatem sibi episcupus uindicet. et medietatem dispensandam sibi secundum gradum clerus accipiat prediis de omne commoditate in episcorum {*sic*} potestate durantibus

*Mordek: 32.3*

*Source* *CORL.511.14*

**hera XI;**

De his quae parrochiis in terris uineis mancipiis atque peculiis quaecumque fideles obtulerint antiquorum cannonum statuta seruentur; Ut omnia in episcupi potestate consistant. de his tamen quae in altario accesserint tertia fideliter episcupo deferatur;

*Mordek: 32.4*

*Source* *CORL.511.15*

**HERA XXXI.**

Omnes autem basilicae quae per diuersa constructae sunt uel cottidie construuntur placuit secundum priorum cannonum regulam ut in eius episcupi in cuius territurio site sunt potestate consistant;

*Mordek: 32.5*

*Source* *CORL.511.17*

**CANNON AFRICANORUM; HERA II.**

Ut episcupus uilem suppellectilem et mensam ac uictum pauperem habeat. et dignitatem suam auctoritatem fide et uitae meritum querat;

*Mordek: 32.6*

*Source* *SEA 4 (15)*

**hera XV.**

Ut episcupus rebus ecclesiae tamquam commendatis non tamquam propriis utatur;

*Mordek: 32.7*

*Source* *SEA 15 (31)*

**XXXIII.**

**CANNON LUGDUNENSIS; hera V.**

Illud censuimus statuendum ut quascumque munifencias {*sic*} clericis aut seruitoribus siue de rebus aecclesiae in usum aut de propriis in proprietate precedentis dederint sacerdotes subsequentis pontificis nullatenus [f. 133v] auferre presumant. Si quid tamen culpe extiterint pro qualitate personarum uel regula canonum precedentium in persona habeatur non in facultate districtio;

*Mordek: 33*

*Source* *CLYO.567.5, second part*

## XXXIIII

### CANNON AURILIANENSIS; HERA XXXIIII.

Si quis oblaciones in quibuslibet rebus tamquam corporibus conlate fuerint basilicae in ciuitatibus constitutis ad potestatem episcupi redigantur et in eius sit arbitrio quid ad raparacione {reparacione *corr.*} basilicae aut obseruantium ibi substantia deputetur; De facultatibus uero parrochiarum uel basilicarum in pagis ciuitatum constitutis singulorum locorum consuetudo seruetur;

*Mordek: 34.1*

*Source* *CORL.538.5*

### CANNON AGATENSIS; HERA VI.

Pontifices uero quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis dumtaxat aliquid aut cum aecclesia aut sequestratim aut dimittitur aut donatur quia hoc ille qui donat pro redemptione animae suę non pro quomodo sacerdotis probatur offerre. non quasi suum proprium sed quasi dimissum aecclesiae inter facultates aecclesiae conputabvntur. quia iustum est sit {ut *corr.*} sicut sacerdos. habet quod aecclesiae dimissum est. ita et aecclesia habeat quod relinquitur a sacerdote;

*Mordek: 34.2*

*Source* *CAGD.506.6, first part*

### CANNON EPAUNENSIS; hera XIIII;

Quisque clericus aliquid de munificentia [f. 134r] aecclesiae cui seruierat adeptus et summum sacerdocium alterius ciuitatis est aut fuerit ordinatus quod dono accepit uel acciperit reddat quod usum uel proprietate secundum instrumenti seriae probatur; {emisisse possedeat; *add. in mg.*}

*Mordek: 34.3*

*Source* *CEPA.517.14*

## XXXV

**CANNON AFRICANORUM; HERA L;**

Irrita erit episcupi uel donatio uel uindicio uel commutacio rei ecclesiasticae absque conuenientia et subscriptione clericorum;

*Mordek: 35.1*

*Source* *SEA 50 (32)*

**HERA [X]XXXVI {XXXVI** *corr.*}

Qui oblaciones defunctorum aut negant ecclesiis aut cum difficultate reddunt tamquam egentium negatores excommunicentur;

*Mordek: 35.2*

*Source* *SEA 86 (95)*

**CANNON AURILIANENSIS; hera XXVI;**

Abbatibus presbiteris ceterisque ministris de rebus ecclesiasticis uel sacro ministerio deputatis alienare uel obligare absque permissu et subscripcione episcupi sui nil liceat quod qui presumpserit degradetur communione concessa et quod temere presumptum est et alienatum ordinatione episcupi reuocetur;

*Mordek: 35.3*

*Source* *CORL.538.26 (23)*

**HERA XIII;**

De rebus ecclesiasticis ab antecessoribus alienatas uel quibuscumque instrumentis inutiliter in dispendio ecclesiae obligatas noscuntur et intra tricinaria tempora repeticio suppedit. quae

accepta sunt suffragante iusticia per publicum aut rectorum iudicium reuocentur; Quod si his [f. 134v] qui rem ecclesiasticam tenet ammonitus iudicium declinauerit quousque aut ad discussione ueniet aut rem restituat ecclesiasticam communione priuetur;

*Mordek: 35.4*

*Source CORL.538.13 (12)*

**HERA XXXV;**

Si quis rebus ecclesiae debitas uel proprias sacerdotis horrende cupiditatis suae in extinctum occupauerit et tenuerit. aut a potestate ex competicione perciperit sic ut eas non restituat nullis rebus excusit. sed si agnito iure ecclesiae non statim ecclesię uel sacerdoti reformauerit aut {ut *corr.*} ipsum quis agnuscere possit in iudicio electorum uenire distulerit tamdiu a communione ecclesiastica suspendatur quamdiu restutis rebus tam ecclesię quam sacerdotis reddat indemnem; Similis etiam his qui oblaciones defunctorum legaliter dimissas quolibet ordine adsignare tardauerint uel retenere presumpserint districcionis ecclesiasticę iuxta priorum cannonum forma seruetur. simile etiam sententia subiacebit quisquis ille quolibet ordine quod pro deuocione sua ecclesiis dedit reuocare presumpserit;

*Mordek: 35.5*

*Source CORL.538.25 (22)*

**CANNON LUGDUNENSIS; HERA II;**

Id conuenit inuiolabiliter seruare ut testamenta quod episcupi presbiteri siue inferiores ordi[f. 135r]nes clerici uel donationes aut quaecumque strumenta propria uoluntate conficer[u]nt quibus aliquid aecclesiae aut quibuscumque conferre uideantur omne stabilitate subsistant id specialiter statuentes ut etiam si quorum cumque relegio sanctorum {relegiosorum *corr.*} uoluntas aut necessitate aut simplicitate aliquid a legum secularium ordine uisa fuerit discrepare uoluntas tamen defunctorum debeat inconcussa manere et in omnibus deo propicio custodire de quibus rebus si quis animę suae contemptor aliquid alienare presumpserit usque ad emendationem suam

uel restitutionis rei ablate tempus a consortio ecclesiastice uel omnium christianorum conuiuio habeatur alienus;

*Mordek: 35.6*

*Source* *CLYO.567.2, partial*

**CANNON MATISCENSIS. HERA IIII.**

Ut qui oblaciones fidelium defunctorum quę ecclesiis conferuntur retenent ueluti retentores ecclesiae et egentium negatores ab ecclesię liminibus arceantur;

*Mordek: 35.7*

*Source* *CMAC.581.4*

**CANNON EPAUNIENSIS. HERA VIII.**

Presbiter dum diocesem tenet de his quae emerit aut ecclesiae nomine scripturam faciat aut ab eius quam tenuit ecclesiae ordinatione discedat;

*Mordek: 35.8*

*Source* *CEPA.517.8, first sentence*

**HERA. VII;**

Si episcupus condito testamento aliquid de ecclesiastice iuris proprie[f. 135v]tate ligauerit aliter non ualebit nisi aliud tantum de iuris proprii facultate suppleuerit;

*Mordek: 35.9*

*Source* *CEPA.517.17*

**hera XVIII**

Clerici quod etiam sine precaturiis qualibet diuturnitatem temporis de ecclesiae remuneratione possederint cum auctoritatem domni gloriosissimi principis nostri. in ius propriarum prescripcione temporis non uocetur. dum modo pateat rem ecclesiae fuisse;

*Mordek: 35.10*

*Source* *CEPA.517.18, first part*

**CANNON AGATENSIS; HERA IIII;**

Clerici etiam uel seculares qui oblaciones parentum aut donatis aut testamentis relictis retenere persteterint aut id quod ipsi donauerint ecclesiis uel monastiriis crediderint auferendum sicut synodus sancta constituit uelut negatores pauperum usque quo reddant ab ecclesiis excludantur;

*Mordek: 35.11*

*Source* *CAGD.506.4*

**HERA XXXII;**

Episcupus qui filios aut nepotes non habens alium quam ecclesiam relinquid heredem si quid de ecclesia non in ecclesie causa aut necessitate presumpsit quod distraxit aut donauit inritum habeatur. qui uero filios habet et de bonis que reliquid ab heredibus eius indemnitatibus aecclesię consolatur;

*Mordek: 35.12*

*Source* *CAGD.506.33*

**CANNON APOSTULORUM; HERA XXXVIIII.**

Presbiteri diaconi preter episcupum nil agere pertemptent nam domini populus ipsi commissus est et pro animabus eorum hic re[f. 136r]diturus est racionem. sint autem manifeste res propriae episcupi. si tamen habet proprias et manifeste sint dominicę ut potestatem habeat de proprias episcupus sicut uoluerit et quibus uoluerit derelinquere nec sub occasione ecclesiasticarum que episcupi probantur interdicant. fortassis enim aut uxorem habet aut filios. aut propinquos aut

seruos et iustum est hoc aput deum et homines et nec ecclesiae detrimentum paciatur ignoratione rerum pontificis nec episcupus uel eius propinqui sub optentu aecclesiae proscribantur et in causas incedant qui ad eum pertinent. morsque eius iniuriis infametur;[16] [f. 136v]

*Mordek: 35.12a*

*Source* *CAGD.506.33*

## XXXVI.

### CANNON AFRICANORUM; HERA XIIII;

Ut episcupus nullius causam audiat absque presentia clericorum suorum; alioquin irrita erit sententia episcupi nisi clericorum presentia confirmetur;

*Mordek: 36.1*

*Source* *SEA 14 (23)*

### HERA VII. {XVII *corr.*}

Ut episcupus accusatorem fratrum excommunicet et si emendauerint uicium recipiat eos ad communionem non ad clerum;

*Mordek: 36.2*

*Source* *SEA 17 (55)*

### HERA XXX.

Catholicus qui causam suam. siue iuste siue inuste {iniuste *corr.*} ad iudicium alterius fidei iudicis prouocat excommunicetur;

*Mordek: 36.3*

*Source* *SEA 30 (87)*

[16] Following this canon, the second half of the page has been left blank.

**HERA LII;**

Querendum {est *add. s.l.*} in iudicio cuius sit conuersacionis fidei. his qui accusant et his qui accusantur. falsus[17] accusatur deprehensus absque ecclesia fiat donec penitendo emendetur;

*Mordek: 36.4*

*Source* *SEA 52 (96). Note: according to Mordek, Kirchenrecht, p. 477 (textual note), the concluding phrase (*falsus accusatur ... emendetur*) is found only in two SEA manuscripts*

**HERA LIII;**

Caueant iudices ecclesiae ne absente eo cuius causa uentilatur sententiam proferant quia irrita erit in uno et causam in synodo profecto dabunt;

*Mordek: 36.5*

*Source* *SEA 53 (30)*

**HERA LIIII.**

Studendum episcupo ut dissidentes fratres siue clericos siue laicos ad pacem magis quam ad iudicium cohortetur;

*Mordek: 36.6*

*Source* *SEA 54 (26)*

**CANNON CALCIDONENSIS. HERA VIIII.**

Quod non oporteat clericos habentes aduersum se inuicem negotia proprium episcupum relinquere et ad secularia [f. 137r] iudicia conuolare. quod si clericus habeat causam contra episcupum proprium. uel aduersus alterum aput synodum prouinciae iudicetur;

*Mordek: 36.7*

*Source* *CCHA.451.9 (Dion.I/II), partial*

---

[17] falsus accusatur ... emendetur] *this phrase found only in the South German class of* Vetus Gallica *manuscripts*

**CANNON AGATENSIS; HERA XXXI.**

Clericus ne quemquam presumat aput secularem iudicem episcupo non permittente pulsare. sed et si pulsatus fuerit respondeat non proponat nec audeat criminale negotium in iudicio seculare proponere;

Si quis uero secularium per calumnia ecclesiam aut clericum faticare temptauerit et conuictus fuerit ab aecclesiae liminibus et a catholicorum communione nisi digne penituerit arceatur;

*Mordek: 36.8*

*Source* *CAGD.506.32*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA XXXV.**

Clericus cuiuslibet gradu. sine pontificis sui permissum {*sic*} nullus ad seculare iudicio presumat adtrahere ne uel laico inconsulto. sacerdote clericum in seculare iudicium liceat exhibere;

*Mordek: 36.9*

*Source* *CORL.538.35 (32)*

**CANNON MATISCENSIS; HERA X**

Ut neque presbiter neque diaconus neque subdiaconus ecclesiis trahantur. aut iniuriam aliquam inscio episcupo eorum paciantur sed quidquid quis aduersus eos habuerit in noticiam episcupi proprii perducat et ipse causam iusticia preeunte discutiens animo clericus accusantes satisfaciat;

*Mordek: 36.10*

*Source* *CMAC.585.10, partial*

**CANNON MATISCENSIS; HERA VII;** [f. 137v]

Ut nullus clericus de qualibet causa extra discussione episcupi sui a seculare iudice iniuriam paciatur. aut custodie deputetur; Quod si quis {quisque *corr.*} iudex cumque {cuiuscumque *corr.*} clericum apsque {*sic*} causa criminale id est homicidium furtum. aut maleficium hoc facere fortasse presumpserit. quamdiu episcupo loci illius uisum fuerit ab aecclesiae liminibus arceatur;

*Mordek: 36.11*

*Source* *CMAC.581.7*

**HERA XVIII.**

De his uero qui innocentes ad principem aut iudicibus accusare conuicti fuerint. si clericus honoracior fuerit ab officii sui ordine degradetur. si uero seculares communione priuetur;

*Mordek: 36.12*

*Source* *CMAC.581.19*

[**HERA XXXVII**] {*ras.*}

Ut[18] clerici non sint conductores et non neglegant officium suum et non sint contumaces et a secularis curis se absteneant;

*Source* *Coll.vet.Gall. 37, Title rubric*

**XXXVII**

**CANNON APOSTULORUM; HERA XVII.**

Episcupus aut presbiter aut diaconus nequaquam seculares curas adsumant sin aliter deiciantur;

*Mordek: 37.1*

*Source* *Can.apost. 7 (Dion.II)*

[18] In other manuscripts this sentence (*ut clerici ... se absteneant*) is the rubric heading for the following Title (Title 37).

**CANNON CALCIDUNENSIS. HERA III;**

Nullum deinceps non episcupum non clericum uel monachum aut possessiones conductore aut negutiis secularibus se miscere preter pupillorum si forte legis inponant in excusabilem curam. aut ciuitatis episcupus ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere precipiat. aut orfanorum et uiduarum earumque qui sine ulla pro uisione sunt propter [f. 138r] timorem domini causa deposcat;

*Mordek: 37.2*

*Source* *CCHA.451.3 (Dion.I/II), partial, abbrev.*

**CANNON AFRICANORUM. XXVIII. hera**

Clericus per plateas et andronis certa et maxime officii sui necessitate ambulet;

*Mordek: 37.3*

*Source* *SEA 28 (47)*

**HERA XVIIII.**

Clericus uictum et uestimentum sibi arteficiolo uel agricultura absque officii sui dumtaxat detrimento preparet;

*Mordek: 37.4*

*Source* *SEA 29 (52)*

**HERA XXXIII;**

Clericus qui non pro emendo aliquid in nundinis uel foro de ambulat ab officio degradetur;

*Mordek: 37.5*

*Source* *SEA 34 (48)*

**HERA XXXV.**

Clericus qui absque corpusculi sui inequalitate uigiliis deest stipendio priuetur.

*Mordek: 37.6*

*Source* *SEA 35 (49)*

**HERA LXXI**

Clericus in temptatione ab officio declinantem uel negligentius agentem ab ipso officio remouendum;

*Mordek: 37.7*

*Source* *SEA 72 (50)*

**CANNON AGATENSIS; HERA VIII;**

Id etiam placuit ut clericus si relicto officio suo propter districtionem ad secularem fortasse confugerit et solacium ei defensionis inpenderet cum eodem de aecclesiae communione pelatur; {pellatur *corr.*}

*Mordek: 37.8*

*Source* *CAGD.506.8*

**CANNON ARLATENSIS. HERA XIIII;**

Si quis clericus pecuniam dederit ad usuram aut conductor aliene rei uoluerit esse aut turpis lucri graciam genus aliquod negutiacionis exercuerit depositus a clero a communione alienus fiat;

*Mordek: 37.9*

*Source* *Coll.Arel. 14*

**CANNON MATISCENSIS; hera X**

Ut presbiteri diaconi uel quolibet ordines clerici [f. 138v] ita episcupo suo oboedientiae deuocione subiaceant ut non alibi dies feriatos nisi in obsequio liceat tenere aut celebrare; Quod si quis per quacumque contumacia aut cuiuscumque patrocinio hoc facere distulerit ab officio regradetur; {degradetur *corr.*}

*Mordek: 37.10*

*Source* *CMAC.583.10*

**HERA XI.**

Episcupi presbiteri uel uniuersi honorati clerici cum sublime dignitate sapientię sublimantur actibus omnino renuntient seculi et sacro electi ministerio repudient carnale consortio; {consortium *corr.*}

*Mordek: 37.11*

*Source* *CMAC.583.11*

**XXXVIII.**

**CANNON NICENI; HERA III.**[19]

Et ut ne quis episcuporum ceterorumque clericorum cum extraneis mulieribus habitet preter cum matre et sorore. uel thia. uel si quae sunt huiuscemodi necessitudine persone;

*Mordek: 38.1*

*Source* *CNIC.325.3 (Rufin.)*

**CANNON AFRICANORUM; HERA XXVII;**

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet;

*Mordek: 38.2*

*Source* *SEA 27 (46)*

[19] An red *X* added in the margin beside this canon.

**CANNON APOSTULORUM. HERA XXVII.**

Innup[cii]s {Innuptis *corr.*} autem qui ad clerum proiecti sunt precipimus ut si uoluerint uxores accipiant. sed lectores. cantores tantumodo;

*Mordek: 38.3*

*Source* *Can.apost. 27 (Dion.II)*

**CANNON APOSTULORUM. HERA IIII;**

Nullus diaconus. uel presbiter uel episcupus ad cellarii secretum intromittat puellam uel ancillam uel ingenuam;

*Mordek: 38.4*

*Source* *Coll.Arel. 4*

**CANNON AGATENSIS; HERA XI;**

Ancillas uel liberas a cellario uel secreto ministerio et ab eadem mansione in qua clericus [f. 139r] manet placuit remoueri;

*Mordek: 38.5*

*Source* *CAGD.506.11*

**CANNON MATISCENSIS. HERA III.**

Ut nulla mulier in cubiculum episcupi absque duobus presbiteros aut certe diaconos ingredi permittatur;

*Mordek: 38.6*

*Source* *CMAC.583.3*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA IIII;**

De familiaritate extranearum mulierum licet etiam multa que obseruare debeant multis cannonicis sententiis fuerint statuta tamen quod agnuscitur sepe transgreditur conuenit replicare; Ideoque statuemus ut ne quis antestitum clericorumque omnium licentiam habeat intra domum suam absque his propinquis mulieribus quas priores cannones eleguntur habere personam quibus etiam et id specialiter inhibetur. ut si quis clericorum suspeccionem aduersam. aut oblocutionem populi de muliere quacumque fortassis incurrerit eam statim si intra domum suam habet habiciat. si certe extranea et sui iuris est abrogetur. Quod si quilibet ille antestitum uel clericorum quod supra scriptum est uitare noluerit pro inoboedientia triennii excommunicatione multetur; Quod si adulterii permixtio fuerit adprobata in degradacione honorum priorum cannonum statuta seruentur in quibus commoni[f. 139v]cionibus metropolitanus a conprouincialibus conprouinciales. a metropolitano cum reliquis conprouincialibus distringatur;

*Mordek: 38.7*

*Source* *CORL.538.4*

**XXXVIIII**

Relicta presbiteri. siue diacono. si cuicumque se si upserit {si upserit *corr. ad* nupserit} eotenus ab ecclesia pellatur donec a coniunctione inlicita separetur maritum quoque eius simile usque ad correctionem seueritate plectendum;

*Mordek: 39.1*

*Source* *CEPA.517.32*

Si se cuiuscumque mulier duplice coniugio presbiteri uel diacono relicta coniuncxerit aut castigati separentur. aut certe si in criminum intentione persteterint par excommunicatione plectantur.

*Mordek: 39.2*

*Source* *CORL.511.13*

## XL

### CANNON NICENA; HERA XVIIII;

Et ne quis clericus aut usuras accipiat aut frumenti uel uini ampliacionem quod solet in uno datum. uel sexquiplum uel etiam duplum recipi. quod si faciat tamquam turpis lucri reum abiciendum;

*Mordek: 40.1*

*Source* *CNIC.325.19 (Rufin.)*

### CANNON ARLATENSIS; hera XIII.

De ministris qui fenerant. placuit eos iuxta formam diuinitus datam a communione abstenere;

*Mordek: 40.2*

*Source* *CARL.314.13 (12) (can.ad Silv.)*

### CANNON APOSTULORUM. HERA XLIIII;

Episcupus aut presbiter aut diaconus. usuras a debitoribus exigens. aut desinat. aut certe damnetur; [f. 140r]

*Mordek: 40.3*

*Source* *Can.apost. 44 (Dion.II)*

### HERA XX;

Clericis fidis iussionibus inseruiens abiciatur;

*Mordek: 40.4*

*Source* *Can.apost. 20 (Dion.II)*

### HERA XLII;

Episcupus aut presbiter. aut diaconus gule atque ebrietate deseruiens. aut desinat aut certe damnetur;

*Mordek: 40.5*

*Source* *Can.apost. 42 (Dion.II)*

**HERA XLIII;**

Subdiaconus aut lector aut cantor similia faciens aut desinat. aut communione priuetur; similiter et laicus;

*Mordek: 40.6*

*Source* *Can.apost. 43 (Dion.II)*

**CANNON AGATENSIS; HERA XXXVIII;**

Ante omnia a clericis uetetur {uitetur *corr.*} ebrietas quae omnium uiciorum fomis. ac nutrix est. itaque eum quem ebrium fuisse constiterit. ut ordo patitur. aut triginta dierum spacium statuemus submouendum. aut corporalem subdendo supplicio;

*Mordek: 40.7*

*Source* *CAGD.506.41*

**CANNON LAUDUCENSIS; HERA XXIIII.**

Quod non oporteat sacro ministerio deditos a presbiteris usque ad diaconum et reliquo ecclesiastico ordine id est usque ad subdiacones. lectores. cantores. exorcistas ostiarios et ex numero continentium et monachorum ingredi tabernas;

*Mordek: 40.8*

*Source* *CLAO.300.24 (Dion.II)*

**HERA LIIII;**

Quod non oporteat sacerdotes aut clericos ex conlatis uel commissationibus conuiuia celebrare. hoc autem nec laicis posse congruere;

*Mordek: 40.9*

*Source* *CLAO.300.55 (Dion.II)*

**CANNON AGATENSIS; HERA XXVIII;** {**XXXVIII** *corr.*}

Presbiteri. diacono subdiacono uel deinceps quibus ducendi uxores licentia non est. etiam aliarum nupciarum euitent conuiuia. nec his coetibus admisceantur. ubi [f. 140v] aut obsceni motos corporum mores et saltatibus offeruntur. ne auditus optutus sacris mysteriis deputatus turpium spectaculorum atque uerborum contagione polluantur;

*Mordek: 40.10*

*Source* *CAGD.506.39*

**CANNON AFRICANORUM HERA LXXIIII;**

Clericum scurilem. et uerbis turpibus iocularem ab officio retrahendum.

*Mordek: 40.11*

*Source* *SEA 73 (60)*

**LXXXIIII;**

Clericum per creaturas iurantem acerrime obiurgandum. si persteterit in uicio et excommunicandum;

*Mordek: 40.12*

*Source* *SEA 74 (61)*

**HERA LXXV;**

Clericum inter epulas cantantem supra dictae sententiae cohercendum;

*Mordek: 40.13*

*Source* *SEA 75 (63)*

**HERA LXXVIIII;**

Clericum quamlibet uerbi dei eruditvs artificio uictum querat;

*Mordek: 40.14*

*Source* *SEA 79 (51)*

**HERA LXXX.**

Clericum eruditus hereticorum et scismaticorum. tam conuiuia quam sodalitates equaliter uitet;

*Mordek: 40.15*

*Source* *SEA 80 (70)*

**XLI**

**CANNON AFRICANORUM; HERA I;**

Ut episcupus non longe ab ecclesia hospicium habeat;

*Mordek: 41.1*

*Source* *SEA 1 (14)*

**HERA II.**

Ut episcupus in ecclesia inconsessu presbiterorum sublimior sedeat. intra domum uero collegam se presbiterorum esse cognuscat;

*Mordek: 41.2*

*Source* *SEA 2 (35)*

**HERA III.**

Ut episcupus nulla rei familiaris cure ad se reuocet sed ut leccioni et oracioni et uerbi dei predicatione tantummodo uacet;

*Mordek: 41.3*

*Source* *SEA 3 (20)*

**HERA V;**

Ut episcupus gentilium libros non legat. hereticorum autem pro necessitate et tempore;

*Mordek: 41.5*

*Source* *SEA 5 (16)*

**HERA VI.** [f. 141r]

Ut episcupus tuicionem testamentorum non suscipiat;

*Mordek: 41.6*

*Source* *SEA 6 (18)*

**HERA VI.**

Ut episcupus gubernationem uiduarum et pupillorum ac peregrinorum non per seipsum. sed per archippresbiterum {*sic*} uel archidiaconum agat;

*Mordek: 41.7*

*Source* *SEA 7 (17)*

**HERA VIII.**

Ut episcupus nec prouocatus pro rebus transituriis litiget;

*Mordek: 41.8*

*Source* *SEA 8 (19)*

**HERA XII;**

Ut episcupus quolibet loco sedens stare presbiteros. non paciatur;

*Mordek: 41.9*

*Source* *SEA 12 (34)*

**HERA XLV.**

Omnes clerici qui ad operandum ualidi sunt. et artificiola. et litteras discant;

*Mordek: 41.10*

*Source* *SEA 45 (53)*

**HERA VIII.**

Ut diacono presente presbitero eucharistiam corporis christi. populo si necessitas cogit. iussus eroget;

*Mordek: 41.11*

*Source* *SEA 58 (38)*

**HERA VIIII;**

Ut diaconus quolibet loco iubente presbitero sedeat;

*Mordek: 41.12*

*Source* *SEA 59 (39)*

**HERA LX**

Ut diaconus tempore tantum oblaciones et lectiones alba utatur;

*Mordek: 41.13*

*Source* *SEA 60 (41)*

**LXI.**

Ut diaconus in conuentu presbiterorum interrogatus loquatur;

*Mordek: 41.14*

*Source* *SEA 61 (40)*

**CANNON LAUDICENSIS; HERA XXV.**

Quod non oporteat subdiaconus. panem dare uel calicem benedicere;

*Mordek: 41.15*

*Source* *CLAO.300.25 (Dion.II)*

**HERA XXVI;**

Quod hii qui non sunt ab episcupis ordinati tam in ecclesiis quam in domibus exorcizare non possunt;

*Mordek: 41.16*

*Source* *CLAO.300.26 (Dion.II)*

**HERA XV.**

Quod non oporteat amplius preter eos qui regulariter cantores existunt qui et de codice canunt alius in pulpidum conscendere et in ecclesia psallere;

*Mordek: 41.17*

*Source* *CLAO.300.15 (Dion.II)*

**CANNON AFRICANORUM; HERA XXV.**

Clericus nec comam nutriat. nec barbam;

*Mordek: 41.18*

*Source* *SEA 25 (44)*

**HERA XXVI.** [f. 141v]

Clericus professionem suam etiam habitum et incessu probet. et ideo nec uestibus nec calciamentis decorem querat;

*Mordek: 41.19*

*Source* *SEA 26 (45)*

**CANNON AGATENSIS; HERA**

Clerici qui comam nutriunt ab archidiacono etiam si noluerint inuiti detundantur. uestimenta uel calciamenta etiam eis nisi qui {que *corr.*} relegioni decent; uti uel habere non liceat;

*Mordek: 41.20*

*Source* *CAGD.506.20*

**CANNON MATISCENSIS. HERA V**

Ut nullus clericus. saccum aut uestimenta uel calciamenta secularia nisi quod relegioni decet inducere {induere *corr.*} presumat: Quod si post hanc definicionem clericus. aut cum indecente ueste aut cum arma inuentus fuerit a senioribus ita coherceatur. ut XXX dierum inclusione detentus aqua tantum et modice panis diebus singulis sustentetur;

*Mordek: 41.21*

*Source* *CMAC.581.5*

**CANNON LAUDICINSIS. HERA XX**

Quod non oporteat diacono. coram presbitero sedere. sed iussione presbiteri. sedeat. Similiter autem et diaconibus honor habeatur ab obsequentibus id est subdiaconibus et omnibus clericis;

*Mordek: 41.22*

*Source* *CLAO.300.20 (Dion.II)*

**HERA XXII;**

Quod non oporteat subdiaconos in diaconico et dominica uasa contingere;

*Mordek: 41.23*

*Source* *CLAO.300.21 (Dion.II)*

**HERA XXIII;**

Quod non oporteat lectores. uel cantores orarios uti. et ita legere et psallere.

*Mordek: 41.25*

*Source* *CLAO.300.23 (Dion.II)*

**CANNON CESARIENSIS {NEUCESARIENSIS *corr.*} HERA XIIII**

Diaconi septem esse debent. secundum re[f. 142r]gulam quamuis magna sit ciuitas. cuius regulę auctoritatis constat in actuum apostulorum;

*Mordek: 41.26*

*Source* *CNEO.315.14 (15) (Isid.)*

**CANNON NICENI; HERA XVIIII**

Et ne diaconi presbiteris preferantur. neque sedeant in consessu presbiterorum. aut illis presentibus [.]ucharistiam {eucharistiam *corr.*} diuidant. sed illis agentibus solum ministrent; si

uero presbiter nullus sit in presente tunc demum etiam ipsis licere diuidere. aliter uero agentes abici iubet;

*Mordek: 41.27*

*Source* *CNIC.325.20 (Rufin.)*

## XLII

### CANNON MATISCENSIS. HERA XIII.

De canibus etiam uel accipitribus uolumus igitur ut episcupalis domus quae ad hoc deo fauente instituta est. ut sine personarum accepcione[m] {accepcione *corr.*} omnes in hospitalitate recipiat canes non habere ne forte qui in ea mesticiarum {*sic*} suarum leuamen habere confidunt dum infestorum canum morsibus laniantur uersa uice suorum susteneant corporum; Custodienda est igitur episcupalis habitacio hymnis non latrantibus operibus bonibus {bonis *corr.*} non morsibus uenenosis. ubi uero dei est adsiduitas cantelene monstrum est et dedecoris nota canes ibi uel accipitres habitare;

*Mordek: 42.1*

*Source* *CMAC.585.13*

### CANNON EPAUNIENSIS. HERA IIII;

Episcupis presbiteris diaconibus ad uenandum canes et accipitres habere non liceat. quod si quis talium personarum in hac f[e]erit {fuerit *corr.*} [f. 142v] uoluntate detectus. si episcupus est tres mensibus se a communione suspendat. presbiter II absteneatur. diaconus I ab omne officio et communione cessauit;

*Mordek: 42.2*

*Source* *CEPA.517.4*

## XLIII.

**CANNON APOSTULORUM. HERA XXVIII;**

Episcupum. aut presbiterum aut diaconum percucientes fideles delinquentes aut fideles inique agentes. et per huiusmodi uolentis timore {temere *corr.*} deici ab officio suo precipimus quia nusquam nos hoc dominus docuit. et econtrario uero ipse cum percuteretur non percuciebat. cum malediceretur non maledicebat. cum pateretur non comminabatur; {1 Pt 2, 23}

*Mordek: 43*

*Source* *Can.apost. 28 (Dion.II)*

**XLIIII**

**CANNON AFRICANORUM; HERA LXXIII;** {**LXXXIII** *corr.*}

Auguriis uel incantacionibus seruientem a conuentu aecclesiae separandum;

*Mordek: 44.1*

*Source* *SEA 83 (89), first part*

**CANNON ARLATENSIS; HERA XXIII**

Si in alicuius territurio infideles aut faculas accendunt aut arbores fontes uel saxa uenerantur si hoc eruere neglecxerit sacrilegii reum se esse cognuscat. dominus aut ordinator rei ipsius si admonitus emendare noluerit communione priuetur;

*Mordek: 44.2*

*Source* *Coll.Arel. 23*

**CANNON AGATENSIS; HERA XL.**

Quod maxime fidei catholicae relegionis infestat quod aliquanti clerici uel laici student auguriis. et sub nomine ficte relegionis quas sanctorum sortes uocant [f. 143r] diuinationis scientiam profitentur. aut quarumcumque scripturarum inspeccione futura promittunt. ut quicumque clericus uel laicus detentus fuerit uel consulere uel docere ab ecclesia habeatur extraneus;

*Mordek: 44.3*

*Source* *CAGD.506.42, partial*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA XXVI.**

Si quis clericus monachus secularis diuinationem uel auguria crediderit obseruanda uel sortes quas mentiuntur esse sanctorum quibuscumque putauerint intimandas cum his qui eis dediderint {crediderint *corr.*} ab aecclesiae communione pellantur;

*Mordek: 44.4*

*Source* *CORL.511.30*

**XLV**

**CANNON CACIDONENSIS; {CALCIDONENSIS *corr.*} HERA VII**

Qui semel in clero deputati sunt. aut monachorum uitam expetierunt statuimus neque ad miliciam neque ad dignitatem aliquam uenire mvndanam aut hoc intemptantes et non agentes penitentiam quominus redeant ad hoc quod propter deum primitus elegerunt anathizare; {anathimazare *corr.*}

*Mordek: 45.1*

*Source* *CCHA.451.7 (Dion.I/II)*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA VIII.**

De his qui susceptam penitentiam relegionem suae professionis obliti. ad secularia relabuntur. placuit eos a communione suspendi. et ab omnium catholicorum conuiuio separare; Quod si post interdictum cum eo quisque presumpserit manducare et ipse communione priuetur; [f. 143v]

*Mordek: 45.2*

*Source* *CORL.511.11*

**HERA XV.**

Abbates pro humilitate relegionis in episcuporum potestate consistant. Et si quid extra regulam fecerint ab episcupis corrigantur Qui semel in anno in loco ubi episcupus elegerit accepta uocacione conueniant; Monachi autem ab abatibus omne se oboedientiae deuocione subiciant; Quod si quis per contumaciam ext[. . . d]erit {extiterit *corr.*} indeuotus aut per loca aliqua euacare aut peculiare aliquid habere presumpserit omnia quae adquesierit ab abbatibus auferatur secundum regulam monastirio profuturam ipsi autem qui fuerint preuaricati. ubi inuenti fuerint cum auxilio episcupi. tamquam fugaces sub custodia reuocentur. et reum se {reuerse *corr.*} ille abbas futurum esse cognuscat qui in huiusmodi personis non regulare animaduersione distrinxerit. uel qui monachum susciperit alienum;

*Mordek: 45.3*

*Source* *CORL.511.19*

## XLVI.

## CANNON CALCIDONENSIS. HERA III;

Monachos uero per unamquaque {*sic*} ciuitatem aut regionem subiectos esse episcupo et quietem diligere et intentos esse tantummodo ieiunio et oracioni in locis in quibus renunciauerunt seculo permanentes nec ecclesiasticis uero nec secularibus negutiis communicent uel in aliquo sint molesti propria monastiria. [u]eserentes {deserentes *corr.*} nisi forte his[20] preci[f. 144r]piatur propter opus necessarium ab episcupo ciuitatis.

Nullum uero recipere in monastirio seruum obtentu monachi. preter sui domini conscientiam. transgredientem uero hanc definicionem nostram excommunicatum esse decreuimus. ne nomen domini blasphemetur Uerum tamen episcupum conuenit ciuitatis conpetenter monastiriorum prouidentiam gerere;

*Mordek: 46.1*

*Source* *CCHA.451.4 (Dion.I/II), second part*

[20] The word *Rvod* has been added in the bottom margin of fol. 143v by a hand roughly contemporary with the main scribe's. Cf. *Rvodulfus* added at the bottom of fol. 147v.

**CANNON AGATENSIS; HERA XVIIII.**

Monastirium nouum nisi episcupo aut permittente. aut probante nullus incipere aut fundare presumat.

Monachi etiam uagantes ad officium clericatus nisi ei testimonium abbas suus dederit. nec in ciuitatibus nec in parrochiis ordinetur; {ordinentur *corr.*}[21]

Monachi nisi abbatis sui aut permissu aut uoluntate ad alterum monastirium conmigrantes. nullus abbas suscipere aut retenere presumat. sed ubicumque fuerit auctoritate cannonum reuocetur. si necesse fuerit clericum cum consensu et uoluntate abbatis presumat episcupus;

Monastiri[i] {Monastiria *corr.*} monachorum {a *add. in mg.*} monastiria puellarum longius. aut propter insidias diabuli. aut propter oblocutiones hominum conlocentur;

*Mordek: 46.2*

*Source* *CAGD.506.27–8*

**HERA XXVIII;**

Seruandum quoque de monachis nec eis solitarias cellolas liceat a congregatione discedere. nisi forte probatis [f. 144v] post meritos labores aut infirmitatis necessitatem asperior ab ababatibus {*sic*} regula remittatur. quod ita demum fiet ut intra eadem monastirii septa manentes tamen sub abbates potestatem habere cellulas permittantur;

*Mordek: 46.3*

*Source* *CAGD.506.38, partial*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA XVIII.**

Monacho uti orario in monastirio uel ciangas habere non liceat;

*Mordek: 46.4*

*Source* *CORL.511.20*

[21] The word seems to have later been re-corrected to *ordinetur*.

**CANNON ARLATENSIS; HERA II;**

Ut monastiria. uel monachorum disciplina ad eum pertineant episcupum in cuius sunt territurio constituta;

*Mordek: 46.5*

*Source* *CARL.554.2*

**XLVII;**

**CANNON CALCIDONENSIS; HERA XXIIII;**

Qui semel dedicata sunt monastiria consilio episcuporum maneant perpetuo monastiria. et res qui ad eam pertinent monastiriis reseruare. nec posse ea ultra fieri secularia habitacula. Qui uero hoc fieri permiserint cannonum sententiis subiacebunt;

*Mordek: 46.6*

*Source* *CCHA.451.24 (Dion.I/II)*

**CANNON SANCTI LEUDEGARII EPISCUPI AGUSTIDUNENSIS; HERA I;**

Primus titulus hic est misticae discipline [a]ut {ut *corr.*} abbates uel monachi peculiarem non habeant et monachi ab abate {abbate *corr.*} uictum et uestimentum consuetum accipiant. Ut abbati suo aut proposito sint oboedientes. Ut in ciuitatibus errare non inueniantur. Quod si causa utilitatis [f. 145r] monastirii cum litteras abbatis sui ad archidiaconum ciuitatis dirigantur; Ut conpatres nullus eorum audeat habere. Ut nullus familiaritate extranearum mulierum presumat habere et qui inuentus fuerit seuerius corrigatur; Ut mulieres in monastirio monachorum nullatenus ingrediantur; Statuimus atque decernimus ut nullus monachum alterius absque permissum sui abbatis presumat retinere sed cum inuentus fuerit uacans ad cellam propriam reuocetur ibi iuxta culpe meritum cohercendus; De abbatibus uero uel monachis ita obseruare conuenit ut quidquid cannonum ordo uel regula sancti benedicti edocet et implere et custodire in omnibus debeant. si enim hec omnia fuerint legitime ab apbatibus {abbatibus *corr.*} uel

monastiria conseruata et numerus monachorum deo propicio augebitur et mundus omnis per eorum oraciones adsiduas omnibus malis carebit contagiis; Sint monachi omnes omnino oboedientes. sint frugalitatis decore pollentes in opere. dei feruentes in oratione instantes. in caritate perseuerantes. ne propter negligentiam aut inoboedientiam oste circum[f. 145v]eunti ac rugienti et querenti quem deuore {deuoret *corr.*} cybus efficiantur. sit eis cor unum et anima una nemo aliquid suum esse dicat. sed sint eis omnia communia {Act 4, 32} in commune laborent ospitalitatis omnino sint receptores. quisquis autem haec a nobis deo precipiente dicta ad confirmacionem regularum monachorum temptauerit aliqua transgressione cassare. Si abba est anno. uno ei a communione potestas suspendatur. Si prepositus. annis duobus Si monachus aut fustibus uerberetur. aut communione et mensa et caritate annis tribus suspendatur iustum enim est ut subripientia semina falce iusticiae resecetur. ne dum simulatione continentiae nutriuntur ita fluiscant ut nec securibus excidentur;

*Mordek: 46.7–12*

*Source* *c. 1 of the Council of Autun under Leodegar (see textual note in Mordek, Kirchenrecht, p. 531)*

**CANNON AGATENSIS; HERA XXXVI**

Clerici sine commendaticiis epistolis episcupi sui licentia non paciant euacandi. in monachis quoque presenciae forma seruetur; Quod si uerborum increpacio non emendauerit. etiam uerberibus statuimus cohercere; Sinodus[22] nicena dicit

Si quis in monastirio nutritus usque ad summum studii erudicionis fuerit. et postmodum discesserit nisi reuertatur desertoris crimine [f. 146r] damnetur;

*Mordek: 46.13–14*

*Source (*clerici sine ... statuimus cohercere*)* *CAGD.506.38, first part*

*Source (*si quis in monastirio ... damnetur*)* *Coll.Hib. 42.14b*

**ITEM IPSI NICENI;**

[22] In other manuscripts this phrase (*sinodus nicena dicit*) is the rubric heading for the following canon (canon 46.14).

Si quis susciperit monachum alterius ambo excommunicandi sunt; Et albi {*sic*} scriptum est. monachus inconsulto abbate uagus ambulans in plebe debet excommunicare. quicumque excommunicatus fuerit a quolibet clerico et ab alio susceptus fuerit coequale penitentia utantur; Ita alibi scriptum est. Monacho non licet uotum uouere sine consensu abbatis Sin autem frangendum est; Puer usque ad XV. annos sit in potestate patris sui. tunc seipsum potest monachum facere; De promissione sua laici non debent {moram *add. s.l.*} facere. quia mors non tardat; Infans pro infante potest dari ad monastirium deo. quamuis alium uouis. sed tamen melius est uotum implere. sicut scriptum est. omne quod deo uoueris fac. ne reus periurii inueniaris; {Dt 23, 21} Item alibi quod semel egressum est de labiis tuis obseruabis sicut promisisti domino deo tuo; {Dt 23, 23}

*Mordek: 46.15–21*

| | |
|---|---|
| *Source (*si quis susciperit ... excommunicandi sunt*)* | *Coll.Hib. 39.10a* |
| *Source (*monachus inconsulto ... debet excommunicare*)* | *Coll.Hib. 39.11* |
| *Source (*quicumque excommunicatus ... penitentia utantur*)* | *Coll.Hib. 39.10b* |
| *Source (*monacho non licet ... frangendum est*)* | *PTHU.700.2,6.9* |
| *Source (*puer usque ... potest monachum facere*)* | *PTHU.700.2,12.37, first part* |
| *Source (*de promissione ... non tardat*)* | *PTHU.700.2,14.13* |
| *Source (*infans pro infante ... deo tuo*)* | *PTHU.700.2,14.5* |

**XLVIII**

**CANNON AFRICANORUM. HERA XXVIIII.** {**XXXVIIII** *corr.*}

Uir qui relegiosis feminis preponendus est ab episcupo loci preponetur; {probetur *corr.*}

*Mordek: 47.1*

*Source* *SEA 39 (97)*

**CANNON ARLATENSIS; HERA V.**

Ut episcupus de puellarum monastiriis quae in sua ciuitate constituta sunt curam gerat. nec abbatissae eius monastirii aliquid liceat [f. 146v] contra regulam facere;

*Mordek: 47.2*

*Source* *CARL.554.5*

**CANNON AGATENSIS; HERA XVIIII**

Sanctimonialis {Sanctimoniales *corr.*} quaelibet uita eorum et mores probatę sint ante annum aetatis suę quadragisimum non uelentur;

*Mordek: 47.3*

*Source* *CAGD.506.19*

**CANNON EPAUNENSIS; HERA XX.**

Episcupo p[u]ro {presbitero *corr.*} diacono uel ceteris clericis horis preteritis id est meridianis aut uespertinis ad feminas prohibimus accessu. quae tamen si causa fuerit cum presbiterorum aut clericorum testimonio uideantur;

*Mordek: 47.4*

*Source* *CEPA.517.20*

**HERA XXXV.**

Monastiria puellarum non nisi probate uitae et aetatis prouecte ad quascumque earum necessitatis uel ministrationis permittantur intrare.

Ad faciendas uero missas qui ingressi fuerint statim exacto ministerio egredi festinabunt;

Alias autem nec clericus nec monachus iuuenis ullum ad puellarum congregationem habebit accessum nisi aut paterna aut germana necessitudo probetur admittere;

*Mordek: 47.5*

*Source* *CEPA.517.38*

**CANNON MATISCENSIS; HERA II;**

Ut nullus episcupus. presbiter diaconus clericus uel quicumque secularis in monastiria puellarum nisi probate uitae aetatisque prouectę propter utilitatis aut quacumque reparatione monastirii in quacumque earum necessitate habitare aut [f. 147r] secretas conlocutiones habere presumat. nec intra salutaturium. aut oraturium ingredi permittatur.

*Mordek: 47.6*

*Source* *CMAC.583.2, partial*

**HERA XIII.**

Decreuimus[23] ut si qua puella uoluntaria aut parentibus suis rogantibus relegione professa uel benediccionem fuerit consecuta. et postea ad coniugium aut in lecebras seculi quod potius strupum {*sic*} est quam coniugium iudicandum transgredi presumpserit usque ad exitum cum ipso qui se huiusmodi consortio miscuerit communione priuetur; Quod si penitentia ducti sequestrauerint quamdiu episcupo loci illius uisum fuerit a communionis gracia suspendatur; {suspendantur *corr.*} Ita tamen ut propter infirmitatem aut subitaneo transitu uiaticum illis mi[nis]ationis {miserationis *corr.*} intuitu non negetur;

*Mordek: 47.7*

*Source* *CMAC.583.12, partial*

**CANNON CALCIDONENSIS; HERA XVI;**

Uirginem qui se deo consecrauit similiter et monachus non licere nuptialia iura contrahere. Quod si hoc inuenti fuerint perpetrantes excommunicentur;

*Mordek: 47.8*

*Source* *CCHA.451.16 (Dion.I/II), first part*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA XVIIII.**

[23] decreuimus] *corr. from* decleuimus *?*

Qui in domibus propriis tam puellę quam uiduę cum mutatis uestibus conuersantur cum his quibus coniugio copulantur ab aecclesiae communione priuentur. sane si culpa sequestratione sanauerint ad communionis gratiam re[f. 147v]reuocentur;

*Mordek: 47.9*

*Source* *CORL.549.19, last part*

**CANNON AURILIANENSIS. HERA XVIII.**

De raptoribus uirginum consacratarum seu inpropositi deuotione uiuentium id statuimus ut si qui consecrate uel deuote id est relegione professe uim inferre presumserit a communione ecclesiastica usque ad exitum repellatur uiaticum tantum ei infirmitatis periculo reseruato; Quod si que rapta dicitur cum raptore habitare consenserit et ipsa excommunicatione simile feriatur; Quae forma et de penitentibus ac uiduis in proposito manentibus sub districcione ecclesiastica conseruetur.

Quod si quis sacerdos sciens huiusmodi personis communicauerit anno integro pacem aecclesiae non habeat

*Mordek: 47.10*

*Source* *CORL.538.19 (16)*

**XLVIIII**

**CANNON CALCIDONENSIS; HERA XXVII.**

Eos qui rapiunt mulieres sub nomen simul habitandi qui operantes aut cohibentes raptoribus decreuit sancta synodus. ut si quidem clerici sunt decedant grado proprio. si uero laici anathimatizentur;

*Mordek: 48.1*

*Source* *CCHA.451.27 (Dion.I/II)*

**CANNON ANCHARITANI; HERA.**

Disponsatas puellas et postea ab aliis raptas placuit herui {*sic*} et his reddi quibus fuerant ante disponsate etiam si eas a raptoribus florem podoris amississe contigerit;

*Mordek: 48.2*

*Source* *CANC.314.11 (Isid.vulg.)*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA II.**[24] [f. 148r]

De raptoribus autem constituendum esse censuimus ut si ad aecclesiam raptor cum rapta[m] {rapta *corr.*} confugerit et femina ipsa uiolentiam pertulisse constiterit statim liberetur de potestate raptoris. et raptor mortis uel poenarum inpunitate concessa ad seruiendi condicione subiectus ad redimendum se liberam habeat facultatem; Si uero qui rapitur patrem habere constiterit et puella raptori aut rapta consenserit potestate patris excusata reddatur. et raptor a patre superioris condicionis satisfactione teneatur obnoxius;

*Mordek: 48.3*

*Source* *CORL.511.2*

**L**

**CANNON ARLATENSIS; HERA XI;**

De his qui coniuges suas in adulterio deprehendunt et idem sunt aduliscentes fideles et prohibentur nubere. placuit ut quantum possit consilium eis detur ut nec alias uxores uiuentibus uxoribus suis licet adulteras accipiant;

*Mordek: 49.1*

*Source* *CARL.314.11 (10) (can.ad Silv.)*

**CANNON APOSTULORUM; HERA XLVIII;**

[24] The name *Rvodulfus* has been added in the bottom margin of fol. 147v by a hand roughly contemporary with the main scribe's. Cf. *Rvod* added at the bottom of fol. 143v.

Si quis laicus uxorem propriam pellens alteram uel ab alio dimissam duxerit communione priuetur;

*Mordek: 49.2*

*Source* *Can.apost. 48 (Dion.II)*

**hera II. CANNON NEUCESARIENSIS**

Mulier si duobus fratribus nupserit abiciatur usque ad mortem. uerum tamen in exitu propter misericordiam si promiserit quod facta incolomis huius coniunctionis [f. 148v] uincla dissoluat fructum paenitentiae consequatur. quod si defecerit mulier aut uir in talibus nupciis difficilis paenitentia erit in uita permanenti;

*Mordek: 49.4*

*Source* *CNEO.315.2 (Dion.II)*

**CANNON AGATENSIS; HERA XVIIII;**

Hii uero seculares qui coniugalem consorcium culpa grauiore dimittunt. uel etiam dimiserunt et nullas caus {*sic*} [s]i scidii {discidii *corr.*} probabiliter proponentes propterea sua matrimonia dimittant. aut inlicita aut aliena presumant; Si antequam aput episcupos prouintiales {conprouintiales *corr.*} discidii causa dixerint et prius uxores quam in iudio {*sic*} damnentur. abiecerint a communione ecclesiae et sancto populi coetu. pro eo quod fidem et coniugia maculant excludantur;

*Mordek: 49.5*

*Source* *CAGD.506.25*

**CANNON ARUERNA; HERA XXII;**

Si quis relictam fratris sororem uxoris priuignam id est fileastram consubrinam subrinamue relictam id est patrui atque auunculi carnalis contagio crediderit consortio uiolandam. et ausu sacrilege auctoritatis diuine legis ac iura natura preruperit et cui caritatis ac pii affectus solacia

exhibere exhibere {*sic*} debuerat suorum hostis ac pudiciciae expugnator {*sic*} uim inferre temptaue[f. 149r]rit apostolicae constitutionis sententia feriatur et quamdiu in tanto uersatur scelere a christiano caetu atque conuiuio simulque ecclesiae matris communione priuabitur

*Mordek: 49.6*

*Source* *CCLE.535.12*

**CANNON EPAUNENSIS; HERA XXX.**

Incestis coniunctionibus nihil prorsus uenie reseruandum nisi cum adulterium separatione sanauerint incestus uero nec ullo coniugii nomine preualendos preter illos quos uel nominare funestum est hoc esse censuimus; Si quis relictam fratris quae poene prius soror extiterat carnale coniunccione uiolauerit; Si quis frater germanam uxoris accipiat. si quis nouercam duxerit si quis consubrinaeque societ quod ut a presemte {presente *corr.*} tempore prohibimus ita ea quae sunt alterius instituta non soluimus. Si quis relictae auunculi misceatur aut patrui aut priuigine id est filiastra concupitu polluatur sane quibus coniunctio inlicita inter dicitur habebunt ineundi melioris coniugii libertatem;

*Mordek: 49.7*

*Source* *CEPA.517.30*

**LI**

**CANNON ARATENSIS.** {*sic*} **XV**

De his qui falso accusant fratres suos. placuit eos usque ad exitum non communicare;

*Mordek: 50.1*

*Source* *CARL.314.15 (14) (can.ad Silv.)*

**CANNON MATISCENSIS; HERA XVII.**

Si quis conuictus fuerit [f. 149v] alius ad falsum testimonium uel periurium adtraxisse aut per quacumque corrupcione sollicitasse. ipse quidem ad exitum non communicet. hii uero qui in periurio consensisse probantur post ab omne sunt testimonio prohibendi et secundum legem infamiae notabunt;

*Mordek: 50.2*

*Source* *CMAC.581.18 (17), partial*

**CANNON AGATENSIS HERA XXXVI.**

Itaque censuimus homicidas et falsos testes a communione ecclesiastica submouendos nisi penitentiae satisfactione crimina admissa diluerit; {diluerint *corr.*}

*Mordek: 50.3*

*Source* *CAGD.506.37*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA VIIII.**

Si quis clericus in causis quae sub iureiurando sunt finienda prebuerit iuramenta. post tribus euidentibus detegitur periurasse biennii temporis excommunicatione plectatur;

*Mordek: 50.4*

*Source* *CORA.538.9 (8), last part*

**CANNON LUGDUNENSIS; HERA III;**

Et quia peccatis facientibus multi in perniciem animę suae ita conati sunt aut conanter {conant *corr.*} adsurgere. ut animas longo temporis quiete sine ulla status sui. conpeticione uiuentes. nunc inproba prodicione atque traditione aut captiuarunt aut captiuare conantur. si iuxta preceptum domini regis emen[f. 150r]dare distulerint quousque hos quos adduxerint loco in quo longum tempus quiete uixerunt restaurare debeant ab ecclesiae communione priuentur;

*Mordek: 50.5*

*Source* *CLYO.567.3*

## LII.

**CANNON AFRICANORUM HERA**

Diss[i]dentes {Dissedentes *corr.*} fratres {fratres *del.*} episcupus si non timor dei. sinodum reconciliet;

*Mordek: 51.1*

*Source* *SEA 47 (25)*

**HERA XLVIII.**

Discordantes clericos episcupus uel racione uel potestate ad concordiam trahat. in oboedientes per audientiam damnet;

*Mordek: 51.2*

*Source* *SEA 48 (59)*

**HERA XLVIII;**

Oblaciones dissidentium fratrum neque sacrario neque in gazophilacio recipiantur;

*Mordek: 51.3*

*Source* *SEA 49 (93)*

**CANNON AURILIANENSIS HERA XXX.**

Hii {qui *add. s.l.*} publicis inter se odiis exardiscunt ab ecclesiasticis conuentibus [l]emouendi {remouendi *corr.*} donec ad pacem recurrant;

*Mordek: 51.4*

*Source* *Coll.Arel. 50*

**CANNON AGATENSIS; HERA XXX.**

Placuit etiam ut sicut plerumque fit cumqueque {*sic*} odio aut longinqua inter se lite dissenserint et ad pacem reuocare diutina intentione nequiuerint a ciuitatis primitus sacerdotibus arguantur. qui si inimicias deponere perniciosa intentione noluerint. de ecclesiae caetu iustissima excommunicatione pellantur.

*Mordek: 51.5*

*Source* *CAGD.506.31*

**LIII.**

**CANNON ARLATENSIS. HERA XXXI.**

Si expositvs ante ecclesiam cuiuscumque fuerit miseratione collectus contestacionis. ponat ei epistola. et si his qui collectus est intra decem dies quesitus [f. 150v] agnitusque non fuerit securus habeat qui colligit sane qui post predictum tempus calumniator {*sic*} extiterit ut homicida ecclesiastica districcione damnabitur sicut patrum sancxit auctoritas;

*Mordek: 52.1*

*Source* *Coll.Arel. 51*

**CANNON AGATENSIS;**

De expositis id id {*sic*} obseruandum quod iam dudum sinodum constituit;

*Mordek: 52.2*

*Source* *CAGD.506.24*

**LIIII;**

**CANNON AGATENSIS; HERA XVIIII;**

Libertus legitime a dominis suis factus. ecclesia si necessitas exigit tueatur. Quod si quis ante audienti[u]m {audientiam *corr.*} aut peruadere aut expoliare presumpserit ab ecclesia repellatur;

*Mordek: 53.1*

*Source* *CAGD.506.29*

**CANNON AURILIANENSIS HERA VI.**

In ecclesia manumissus uel per testamentum ecclesie commendatus;

Si quis in seruitutis uel obsequium uel a {*sic*} colonariam condicionem inpremere temptauerit. animaduersionem ecclesiastica cohercebitur

*Mordek: 53.2*

*Source* *CORA.441.6 (7)*

**CANNON EPAUNENSIS. HERA VIII;**

Mancipia uero monachis donata ab abbate non liceat manumitti iniustum enim putamus ut monachis cottidianum rurale opus facientibus serui eorum libertatis otio paciantur;

*Mordek: 53.3*

*Source* *CEPA.517.8, last part*

**LV.**

**CANNON AURILIANENSIS. hera I**

De homicidiis et adulteris et furibus si ad ecclesiam confugerint id constituimus obseruandum. quod ecclesiastici cannones decreuerunt [f. 151r] et lex romana constituit. ut ab aecclesie atriis uel domo episcupi eos abstrahi omnino non liceat. sed nec aliter consignari nisi ad euangelia datis sacramentis et de morte de debilitate et omne poenarum genere sint securi. ita ut et cuius fuerit criminosus; De satisfactione conueniat. quod si sacramenta sua quis conuictus fuerit uiolasse reus periurii non solum a communione ecclesiae uel omnium clericorum uerum etiam a

catholicorum conuiuio separetur; Quod si his cui reus est de ecclesia actus timore discesserit ab aecclesia clericis non queratur;

*Mordek: 54.1*

*Source CORL.511.1*

**ITEM CANNON AURILIANENSIS. HERA IIII;**

Si uero seruus pro culpa sua ab aecclesia defensatus sacramenta domini clericis exhigentibus {*sic*} de inpunitate perciperit et exi[c]e {exire *corr.*} noluerit [a d]omnino {omnino *corr.*} liceat occupare;

*Mordek: 54.2*

*Source CORL.511.3, last part*

**CANNON EPAUNENSIS. XXXVIIII.**

Seruus reatum atrociorem culpabilis si ad ecclesiam confugerit a corporalibus tantum suppliciis excusetur;

De capillis uero uel quocumque opere placuit dominis iuramenta non exigi;

*Mordek: 54.3*

*Source CEPA.517.39*

**CANNON AUUSICENSIS. {ARAUSICENSIS *corr.*} HERA V;**

Dicit eos qui ad ecclesiam confugerint tradi non oportere seu [con]loci {loci *corr.*} reuerentię et intercessione defendi; [f. 151v]

Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipiis ad aecclesiam confugientibus crediderit occupandam per omnes ecclesias districtissima damnacione feriatur;

*Mordek: 54.4*

*Source CORA.441.5*

## LVI.

### CANNON LAUDICINSIS; HERA XXVIII.

Quod non oporteat christianos iudaizare et hostiare in sabbato sed operare eos in eodem die. preferentes autem in ueneracione dominicum diem; Si uacare uoluerint ut christiani hoc faciant. quod si reperti fuerint iudaizare. anathema sint;

*Mordek: 55.1*

*Source* *CLAO.300.29 (Dion.II)*

### CANNON AFRICANORUM; LXXXIII;

Auguriis uel incantationibus seruientem a conuentu aecclesiae separandum;

Similiter a iudaicis supersticionibus uel feriis inherentem;

*Mordek: 55.2*

*Source* *SEA 83 (89)*

### CANNON MATISCENSIS; XIII.

Nec iudaei christianis populis iudices deputentur. aut thelonarii[s] {thelonarii *corr.*} esse permittantur per quod illis quod deus auertat christiani uideantur esse subiecti;

*Mordek: 55.3*

*Source* *CMAC.581.13*

### HERA XV;

Ut nullus christianus iudaeorum conuiis participare presumat [at]quo {quo *corr.*} si fecerit quicumque quod nefas est dici clericus aut secularis presumpserit ab omnium christianorum consortium se nouerit conpescendum. quisquis eorum impietatibus fuerit inquinatus;

*Mordek: 55.4*

*Source* *CMAC.581.15*

**HERA XVI;**

Presenti concilio deo auctore sancximus ut nullus christianus [f. 152r] iudaeo deinceps debeat deseruire. sed datis pro quolibet bono mancipio duodecem soledos ipsum mancipium qui cum christianus seu ad ingenuitatem seu ad seruicio {seruicium *corr.*} licentiam habeat redemendi quia nefas est ut quod christus iesus sanguinis sui effusione redemit persecutorum uinculis permaneant inrititi; {inretiti *corr.*} Quod si quiescere {adquiescere *corr.*} haec quae statuimus. quicumque iudaeus noluerit quamdiu ad pecuniam constitutam uenire distulerit. liceat mancipium ipsum cum christianis ubicumque uoluerit habitare;

*Mordek: 55.5*

*Source* *CMAC.581.16, second part*

**CANNON AGUSTIDUNENSIS;[25] HERA XL.**

Omnes deinceps clerici. iudaeorum conuiuia uitens {uitent *corr.*} nec eos ad conuiuium quisquis excipiat. quia cum aput christianus cybis communibus non utuntur indignum est. atque sacrilegum eorum cybus; christianis sumi cum ea quae apostulo permittente nos sumimus quibus {quibus *del.*; ab *add. s.l.*} illis iudicentur inmunda.

*Mordek: 55.6*

*Source* *CAGD.506.40, first part*

**LVII.**

**CANNON ANCYRITANI; HERA XIII;**

[25] A modern hand has glossed *Agathense* in the right margin.

Hii qui in clero sunt presbiteri. et diaconi se a cannibus {carnibus *corr.*} abstenent placuit eos quidem contingere. quod si in tantum eas abominantur ut nec holera quae cum eis cocuntur existiment commedenda tamquam non consentientes regulae ab ordine cessare debebunt;

*Mordek: 56*

*Source* *CANC.314.13 (Dion.II)*

## LVIII[26]

### CANNON NICENI. HERA XXI; [f. 152v]

Et ut paulianiste quae sunt futiniace rebaptizentur;

*Mordek: 57.1*

*Source* *CNIC.325.21 (Rufin.)*

### HERA XXII;

Sed et diaconissas quoniam quidem manus inpositione non accipiunt etiam ipsas inter laicas esse debere;

*Mordek: 57.2*

*Source* *CNIC.325.22 (Rufin.)*

### HERA VIIII CANNON ARLATENSIS;

Si ad ecclesiam aliquis de heresim confugerit {confugerint *corr.*} interrogent eum simbulum et si peruiderint eos in patre et filio et spiritu sancto esse baptizatos manus eis tantum inponatur ut accipiant spiritum sanctum; quod si interrogati non responderint hanc trinitatem baptizentur;

*Mordek: 57.3*

*Source* *CARL.314.9 (8) (can.ad Silv.), partial*

---

[26] The rubric number for Title 58 (*LVIII*) is actually found at the top of the following page (f. 152v). As is customary in this MS, the rubric number for this Title follows the rubric heading for that Title's first canon; but since the latter occupies the final line of f. 152r, the scribe chose to add the Title's rubric number (*LVIII*) at the top of the following page.

**CANNON APOSTULORUM HERA XLV.**

Episcupus presbiter {et *add. s.l.*} diaconus. qui cum hereticis orauerit tantummodo communione priuentur Si uero tamquam clericus ortatus eos fuerit agere uel orare damnetur;

*Mordek: 57.4*

*Source* *Can.apost. 45 (Dion.II)*

**HERA XLVI;**

Episcupum. aut presbiterum hereticorum suscipientem baptisma damnare precipimus;

*Mordek: 57.5*

*Source* *Can.apost. 46 (Dion.II), first part*

**HERA VI.**

Quod heretici non permittendi sint congredi in domo dei in heresim perminentes; {permanentes *corr.*}

*Mordek: 57.6*

*Source* *CLAO.300.6 (Dion.II)*

**HERA. XXXVIII;**

Quod non oporteat cum gentilibus festa celebrare et communicare prauitatibus eorum qui sine deo sunt;

*Mordek: 57.7*

*Source* *CLAO.300.39 (Dion.I/II)*

**CANNON AFRICANORUM; HERA XVI.**

Ut episcupus nullum prohibeat ingredi ecclesiam et audire uerbum dei; Siue gentilem. siue hereticum. siue iudaeum usque ad missam hereticorum;

*Mordek: 57.8*

*Source* *SEA 16 (84)*

**CANNON AURASICO; HERA I;**[27] [f. 153r] **HERA LXXII.** {**LXXXII** *corr.*}

Cum hereticis neque orandum. neque psallendum;

*Mordek: 57.9*

*Source* *SEA 82 (72)*

**CANNON ARAUSICO; HERA I.**

Hereticos in mortis crimine {discrimine *corr.*} positos. si catholici esse desiderant. si desit episcupus. per presbiteros cum crismate et benedictione consignare placet;

*Mordek: 57.10*

*Source* *CORA.441.1*

**LVIIII.**

**CANNON CALCIDONENSIS; HERA XVIII.**

Si qui ergo clerici uel monachi reperti fuerint coniurantes aut conspirantes aut insidias ponentes episcupis aut clericis. gradu proprio penitus abiciantur;

*Mordek: 58*

*Source* *CCHA.451.18 (Dion.I/II)*

**LX.**

---

[27] This rubric heading seems to have been added here accidentally, probably in anticipation of the canon near the top of the following page.

**CANNON ARUERNA. HERA III;**

Obseruandum de pallis uel ministeriis diuinis ne defunctorum corpora obuoluantur;

*Mordek: 59.1*

*Source* *CCLE.535.3*

**HERA VIII.**

Ne ad nupciarum ornatum ministeria diuina prestentur euntes;

*Mordek: 59.2*

*Source* *CCLE.535.8, first part*

**LXI.**

**CANNON AFRICANORUM; HERA XII;**

Omni die exorciste inerguminis manus inponant;

*Mordek: 60.1*

*Source* *SEA 62 (90)*

**HERA LXII.**

Pauimenta domorum dei inergumini; {lauent *add. s.l.*}

*Mordek: 60.2*

*Source* *SEA 63 (91)*

**HERA LXIII.**

Inerguminis in domo dei adsedentibus uictus cottidianus per exorcistas oportuno tempore ministretur;

*Mordek: 60.3*

*Source* *SEA 64 (92)*

## LXII

### CANNON AFRICANORUM LXXXVII.

Presbiteri qui per diocis {*sic*} sese ecclesias regunt. non a quibuslibet episcupis. sed ad {*sic*} suis. nec per iuniorem clericum sed aut per seipsum aut per illum qui sacrarium tenet ante paschae sollemnitatem crisma petant;

*Mordek: 61*

*Source* *SEA 87 (36)*

## LXIII.

### CANNON CALCIDONENSIS; HERA I;

Regula[s] {Regulae *corr.*} sanctorum patrum per singula nunc usque [f. 153v] concilia constitutas proprium robor obtenere decreuimus;

*Mordek: 62.1*

*Source* *CCHA.451.1 (Dion.I/II)*

### HERA X;

Eos uero qui ausi fuerint post difinicione magnae et huniuersalis {*sic*} huiusmodi quicquam ex his quae sunt prohibita perpetrare. decreuit sancta synodus a proprio huiusmodi gradu recedere; {recidere *corr.*}

*Mordek: 62.2*

*Source* *CCHA.451.10 (Dion.I/II), last part*

**CANNON EPAUNENSIS; HERA XL**

Qu[ae] {Quo *corr.*} circa haec quae supernae inspiracione communi consensui placuerunt; Si quis sanctorum antestitum qui statuta presentia suis scriptionibus propriis firmauerunt. necnon quod deus eorum esse uoluerit successores; Relicta integritate obseruationis excesserit. Reum se diuinitatis pariter et fraternitatis iudicio futurum esse cognuscat;

*Mordek: 62.3*

*Source CEPA.517.40*

**CANNON AURILIANENSIS; HERA XXXVI.**

Quocirca haec quae inspirante deo communi sensui placuerunt; Si quis antestitum uiuenuiuentium {uiuentium *corr.*} uel eorum quos ipsis deus uoluerit esse successores relicta obseruacionis integritate custodire et implere neglexerit. Reum se diuinitatis pariter et fraternitatis iudicio futurum esse cognuscat. quia cannones suos nec ignorare quemquam. nec dissimulare id est preterire permittitur;

*Mordek: 62.4*

*Source CORL.538.36 (33)*

**CANNON MATISCENSIS; HERA IIII;**

Omnes autem qui difiniciones nostras. per inoboedientia eua[f. 154r]cuare contendit anathema percellatur;

*Mordek: 62.5*

*Source CMAC.585.4, last part*

**HERA V.**

Si quis contumax nostris statutis saluberrimus {saluberrimis *corr.*} fuerit a membris aecclesiae omne tempore separetur;

*Mordek: 62.6*

*Source* *CMAC.585.5, last part*

**CANNON LUGDUNENSIS; HERA VI;**

Haec uero quę a nobis inspiratione diuina tractata sunt uel difinita quisque excesserit. aut implere quod absit aduersa persuasione neglexerit quasi diuinorum mandatorum transgressus reum se concilium fraternitatis futurum esse cognuscat;

*Mordek: 62.7*

*Source* *CLYO.518.4 (6)*

**LXIIII.**

**ECCLESIASTICAE REGULĘ SANCTORUM APOSTULORUM PROLATE PER CLEMENTE ECCLESIĘ ROMANE PONTIFICEM QUĘ EX GRECIS EXEMPLARIBUS IN ORDINE PRIMO PONUNTUR;**

**II.** Cannones NICENI concilii. consenserunt episcupi CCCXVIII;

**III.** CANNONES CALCIDONENSES. consenserunt episcupi DCXXX;

**IIII.** CANNONES ANCHARITANI. Consenserunt. osius episcupus cum aliis XII episcopis et ceteris;

**V.** CANNONES SERDICENSES; Consenserunt episcupi XX. Osius. gaudentius. ianuarius. et hius. {*sic*} cum ceteris episcupis

**VI.** Cannones ANTIOCENI Consenserunt episcupi XXXII. esebius {evsebius *corr.*} palestinensis. teudotus mesopotamiensis. theudorus. esauriensis. et herius. et reliqui subscripserunt; [f. 154v]

**VIII.** {**VII** *corr.*} CANNONES LAUDOCENSES. consenserunt et firmauerunt episcupi XXII. theodosius. niceta macedonius. anatholius et ceteri episcupi

**VIII.** CANNONES NEUCESARIENSES. firmauerunt episcupi XVII. lupus. basilius. leontius. gregorius cum ceteris;

**VIIII.** CANNONES [M] {IN *corr.*} ARAUSI. confirmauerunt episcupi XVI. hilarius. eucherius. iustus. maximus. cum ceteris reliquis;

**X.** CANNONES ARLATENSES. Consenserunt episcupi DC. siluester episcupus arlatensis. reticius episcupus eduorum. uocatus episcupus lugdunensis cum reliquis plurimis temporibus constantini. agasto {*sic*} uulusiano. et aniano consulibus

**XI.** ITEM CANNONES ARLATENSES. firmauerunt episcupi XVIIII. cesarius arlatensis. ciprianus. celestinus. ceteris;

**XII.** ITEM CANNONES ARLATENSES. consenserunt XIII;

**XIII.** CANNONES ARLATENSES In uyasingo {*sic*} uico firmauerunt episcupi XI. cesarius. ciprianus. prosper. eucherius. eracleus. maximus cum ualis {*sic*}

**XIIII.** CANNONES EPAUNIENSES. firmauerunt episcupi XXIIII. auitus uiennenses. uiuencioli. lugdunensis. apollonaris ualentininensis. {*sic*} praumatius. agustidunensis; cum reliquis;

**XV.** CANNONES AFRICANORUM. firmauerunt episcupi CCXIIII.

**XVI.** CANNONES ARLATENSES; firmauerunt episcupi XVIIII. Sapaudus. alatensis. {*sic*} Simplicius. hilarius. cum ceteris;

**XVII.** CANNONES AGATENSES. firmauerunt episcupi XXXII. cesarius nicensius. suffronius. agatensis; iulianus cum reliquis [f. 155r]

**XVIII.** CANNONES AURILIANENSES. firmauerunt et consenserunt episcupi XXI. aurilianus episcupus. arlatensis. sacerdos lugdunensis. esychius. uiennensis. gallus. aruernensis. eletherius. alciodoronensis. nectarius. agustidunensis. agrestio. turnensis. albinus. andicauensis cum aliis multis qui firmauerunt.

**XVIIII.** CANNONES AURILIANENSES. firmauerunt episcupi XXXI melanius redonensis. tetrodius. licinius. lupus. suffronius petrus;

**XX.** Item. cannones aurilianenses. consenserunt episcupi XXV. albinus andicauensis. lupus. lugdunensis; agrippinus eduorum. amelius pariseorum. eleutherius ausidiorinsis;[28]

**XXI.** CANNONES ARUERNENSES. firmauerunt episcupi XV. honoratus bitriuorum. gallus aruernis. gregorum lingoninsis domicianus de colonia cum ceteris;

**XXII.** CANNONES MATOSCENSES. firmauerunt episcupi XXI. priscus lugdunensis. eusebius matiscensis. siacorius eduorum. remedius bitriuensis. namacius. ausilianensis {*sic*} cum ceteris.

**XXIII.** ITEM CANNONES MATISCENSES. firmauerunt episcupi LXIIII. prischus. lugdunensis. silacrius {*sic*} eduorum. sulpicius. bitoricem

**XXIIII.** CANNONES LUGDUNENSES. firmauerunt episcupi XIIII. phiriphus {philiphus *corr.*} uiennensis. nicecius. lugdunensis. sulpicius. lugdunensis. siagrius eduorum. [a . . . . . . . . . . . .] {et ceteri; *corr.*} [f. 155v]

**XXV.** ITEM CANNONES LUGDUNENSES. prischius. lugdunensis episcupus siagro eduorum. agricola niuernensis. consenserunt episcupi XX consensu domni leudegarii episcupi. agustidunensis. ego leudegarius acsi peccator edue ciuitatis episcupus cum consensu fratrum meorum polliciti sumus. et perpetualiter placui conseruandum;

*Mordek: 63*

## LXV.

## IN LIBRO CANNONUM INSTITUTA ECCLESIE ANTIQUA; CAPITULUM XVIII;

Ut sacerdos penitentia inploranti. absque persone acceptione penitentiae legis iniungat;

*Mordek: 64.1*

*Source* *SEA 18 (74)*

---

28 ausidiorinsis] *with macron over final* s, *as if* ausidiorinsisensis

**CAPITULUM XVIII;**

Ut neglegentiores penitentes tarda. ui recipiantur;

*Mordek: 64.2*

*Source* *SEA 19 (75)*

**ITEM CAPITULUM XVIIII;**

His qui paenitentia in infirmitate petunt si casum dum ad eum sacerdos inuitatus uenit oppressus infirmitate obmutuerit uel in extremis inuentus fuerit dent testimonium qui eum audierunt. et accipiat paenitentiam. et si continuo creditur moriturus reconcilietur per manus inpositionem et infundatur in ore eius eucharistiam. si superuixerit ammoneatur a supra dictis testibus petioni suae satisfactum et subdatur statutum penitentiae tempus quamdiu sacerdos qui penitentiam dedit probauerit;

*Mordek: 64.3*

*Source* *SEA 20 (76)*

**ITEM CAPITULUM XX;**

Penitentes qui in infirmitate uiaticum eucharis[f. 156r]tiam acciperint non se credant absolutos sine manus inpositionis. si superuixerint;

*Mordek: 64.4*

*Source* *SEA 21 (78)*

**CAPITULUM XXI.**

Penitentes qui ante legis penitentiae exequuntur. si casu in itinere uel in mare mortui fuerint ubi ei subuenire sacerdos non potuerit memoria eorum et oblacionibus et orationibus commendetur;

*Mordek: 64.5*

*Source* *SEA 22 (79)*

**CAPITULUM XLII. IN CONCILIO HYPONE REGIO DE PENITENTIBUS;**

Secundum differentiam peccatorum episcupi arbitrium paenitentiae tempora decernantur. et ut presbiter inconsulto episcupo non reconciliet penitentem nisi absentia episcupi. necessitate cogente. cuiuscumque autem penitentem publicum aut adprobatum crimen est quod uniuersam ecclesiam commouerit ante absida ei manus inponatur;

*Mordek: 64.6*

*Source* *Reg.eccl.Cart.exc. 43 (also as Brev.Hipp. 30, and Carthage III 31–2)*

**IN DECRETALE INNOCENTII EPISCUPI. CAPITULUM VI.**

De penitentibus autem. qui siue ex grauioribus commissis. siue ex leuioribus paenitentiam gerunt. si nulla interuenit egritudo. quinta feria ante pascha ei remittendum romanae aecclesiae consuetudo demonstrat. ceterum de pondere aestimandum dilectorum {delictorum *corr.*} sacerdoti est iudicare ut adtendat ad confessionem penitentis et ad fletus atque lacrimas corrigentis hac tunc iubere dimitti. cum uiderit con[f. 156v]gruam satisfactionem suam uel si quis egritudinem incurrerit atque usque ad disperacionem deuerit {deuenerit *corr.*} ei ante tempus relaxandum ne de seculo absque communione discedat;

*Mordek: 64.7*

*Source* *DINN.401.311 (ed. Cabié, ll. 113–22)*

**IN CONCILIO NICENO. CAPITULO XIII;**

De his qui uita ex uita excedunt uetus lex obseruetur. etiam nunc in morituro et desiderante eucharistia non negetur. et tamen condicione ut superuixerit non communicet nisi statutum paenitentiae tempus inpleuerit uel si episcupus probabile causa concesserit;

*Mordek: 64.8*

*Source* *CNIC.325.12 (Gallo-Hisp.)*

**CONCILIO AB AURICO;** {*sic*} **CAPITULUM III;**

Qui recedunt de corpore. penitentia placuit sine reconciliatoria manus inposicionem eos communicare quod morienti suffecit consolacione secundum definicionis {definiciones *corr.*} patrum qui[29] huiusmodi communionem congruenter uiaticum nominarunt. ut si superuixerint stent in ordine penitentum. ut ostensis necessariis penitentiae fructibus legitimum communione conreconciliatoriam {cum reconciliatoriam *corr.*} manus inposicionem percipiant;

*Mordek: 64.9*

*Source* *CORA.441.3*

**ITEM CAPITULUM IIII;**

Penitentiam desiderantibus clericis non negandam;

*Mordek: 64.10*

*Source* *CORA.441.4*

**IN CONCILIO ARLATENSI; CAPITULUM** [X]**XII;** {**XXII** *corr.*} [f. 157r]

De his qui in presentia uitae positi excesserunt placuit nullum communione uacuum debere dimitti. sed pro eo quod honorauit penitentiam oblacio illius suscipiatur;

*Mordek: 64.11*

*Source* *Coll.Arel. 12*

**IN EPISTOLA SANCTI INNOCENTII EPISCUPI. CAPITULUM XV.**

Penitentes tempore quo penitentiam petunt inpositione manum et cilium {*sic*} super caput a sacerdote sicut ubique constitutum est consequantur. et si aut comas non deposuerint aut uestimenta non mutauerint non recipiantur;

[29] qui] *corr. from* que *?*

Iuuenibus autem penitentia non facile committenda est. propter etatis fragilitatem uiaticum tamen omnibus in morte positis non negandum.

*Mordek: 64.12*

*Source* *CAGD.506.15*

**ITEM CAPITULUM. XLII;**

De penitentibus id placuit obseruare quod sancti patres nostri senodale sententia statuerunt ut nullus de his clericus ordinetur;

*Mordek: 64.13*

*Source* *CAGD.506.43, first part*

**IN CONCILIO EPAUNENSI. CAPITULUM III;**

Penitentiam professi ad clericatum penitus no uocentur;

*Mordek: 64.14*

*Source* *CEPA.517.3*

**ITEM CAPITULUM XXIII;**

Si quis acceptam professamque penitentiam boni inmemor ad secularia relabantur prorsus communicare non potereit nisi professionem quam inlicite pretermiserat reformetur;

*Mordek: 64.15*

*Source* *CEPA.517.23*

**ITEM CAPITULUM XXXVI.**

Nullus sine remedio aut spe uenie ab eccle[f. 157v]sia repellatur. ne ulli si aut paenituerit aut corriperit ad ueniam redeundi aditus obstruatur; Sed si[cut] {si *corr.*} forsitan de crimine mortis

immineat damnacionis constituta tempora relaxentur; Quod si egrotum acceptum uiaticum reualiscere fortasse contingit statutum temporis spacio obseruare conuenit;

*Mordek: 64.16*

*Source CEPA.517.36*

**IN CONCILIO CAELESTINI; CAPITULUM V.**

Agnuscimus paenitentiam morientibus denegare. nec illorum desideriis annui. {amnui *corr.*} qui obitus sui tempore hoc animę suae cupiunt remedio subueniri. orremus fateor tante impietatis aliquod reperiri ut dei pietate disperet quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere periclitanti sub honere peccatorum hominem perdere quod desiderat liberare; Quid hoc rogo aliud est quam morienti mortem addere eiusque animam suae crudilitate. ne absolota {absolutæ *corr.*} esse possit occidere; Cum deus ad subueniendum paratissimus inuitans ad penitentia {*sic*} et sic promittat peccatori in quacumque die conuersus fuerit. peccata eius non inputabuntur ei. {Ez 33, 12; 33, 16} et iterum nolo mortem morientis sed tantum ut reuertatur et uiuat. {Ez 18, 32; 33, 11} salutem ergo [f. 158r] homini adhemit. {adhimit *corr.*} quisquis mortis preterea tempore penitentiam denegare et desperauit de dementia dei qui dum ad subueniendum morienti sufficere uel momento posse non credit; Perdedisset latro premium in cruce ad christi dexteram pendens si illum unius ore paenitentia non adiuuisset; Cum esset in paena penituit et per unius sermonis professionem puncti habitaculum paradysi deo promittente promeruit; Uera ergo ad eum conuersio in ultimis positorum mente pocius est estimanda non tempore; Propheta hoc adserente. cum conuersus ingemueris tunc saluus eris; {Is 45, 22}

Cum ergo sit dominus cordis inspector quouis tempore non est deneganda paenitentia postulanti cum ille se obligent iudici cui occulta omnia nouerit reuelare;

*Mordek: 64.17*

*Source DCEL.422.369, c. 3*

**IN CONCILIO AURILIANENSI. CAPITULUM VIIII;**

De his qui suscepta penitentia relegionem suae professionis obliti ad secularia relabuntur. placuit eos et communione suspendi. et ab omnium catholicum conuiuium separari. Quod si post interdictum cum eo quisque presumpserit manducare et ipse communione priuetur;

*Mordek: 64.18*

*Source* *CORL.511.11*

**ITEM CAPITULUM VIIII;**

Si quis presbiter aut diaconus pro reatu suo si ab altaris communione subpenitentis professione submouerit sic quoque si alii [f. 158v] defuerint et causa certe necessitatis exoretur poscenti baptismum liceat baptizare;

*Mordek: 64.19*

*Source* *CORL.511.12*

**DE STATUTA ECCLESIARUM ANTIQUA; CAPITULUM LXV.**

Omni tempore ieiunii manus paenitentibus a sacerdotibus inponatur;

*Mordek: 64.20*

*Source* *SEA 65 (80)*

**ITEM CAPITULUM LXVIII[I]** {**LXVIII** *corr.*}

Penitentes etiam dies remissionis ienua flectant;

*Mordek: 64.21*

*Source* *SEA 67 (82)*

**ITEM CAPITULUM. LXXXIII;**

Ex penitentibus quamuis bonus clericus non ordinetur super ignorantiam episcupi. si factus fuerit deponatur a clero. quia si ordinationis temporis non prodedit fuisse paenitentem. si autem sciens episcupus ordinauerit. etiam ipse ab episcupatus sui ordine dumtaxat potestatem priuetur;

*Mordek: 64.22*

*Source* *SEA 84 (68)*

## ITEM CONCILIO CARTAGINENSI; CAPITULUM XXIII;

Item confirmatum est ut si quando presbiter aut diaconus in aliqua grauiore culpa conuicti fuerint quę eos a ministerio necesse sit remouere non eis manus tamquam penitentibus uel tamquam fidelibus laicis inponatur; Neque permittendum ut baptizati a clericatus gradu permoueantur;

*Mordek: 64.23*

*Source* *CCAR.419.27 (A/C), 32–3 (B)*

## IN CONCILIO ARLATENSI; CAPITULUM XXI;

Penitens quae defuncto uiro alii nubere presumpserit uel suscepta uel interdicta familiaritate cum extraneo uixerit. cum eodem ab [f. 159r] ecclesiae liminibus arceatur. hoc etiam de uiro in penitentiam positum placuit obseruare;

*Mordek: 64.24*

*Source* *Coll.Arel. 21*

## CAPITULUM XXIII;

Penitentiam coniugatis nisi ex confensu {*sic*} {non *add. s.l.*} dandam;

*Mordek: 64.25*

*Source* *Coll.Arel. 22*

Itemque censuimus homicidas et falsos testes a communione ecclesiastica submouendos nisi penitentiae satisfaccione crimina admissa deluerint;

*Mordek: 64.26*

*Source* *CAGD.506.37*

**IN CONCILIO EPAUNENSI. HERA II.**

Penitentiam professi ad clericatum penitus non uocentur;

*Mordek: 64.27*

*Source* *CEPA.517.3*

**IN CANNONE AURILIANENSI. HERA XXIIII;**

De penitentum conuersione ut ne quis benedictionem paenitentiae iuuenibus in personis credere presumat certe coniugis nisi ex consensu partium etatem iam plenam eam dare non audeat

*Mordek: 64.28*

*Source* *CORL.538.27 (24)*

**IN SANCTI {SYNODO *corr.*} TOLITANE URBIS IN SPANIIS; HERA XII;**

Quicumque ab episcupo uel presbitero sanus uel infirmus paenitentiam postulat [d]ante {ante *corr.*} omnia episcupis. obseruet et presbiter ut si uir est siue sanus siue infirmus. prius eum tundat et sic penitentia tradat.

Si uero mulier fuerit non accipiat nisi prius mutauerit abitum. sepius enim laicis tribuendum dum se penitentiam agere promittunt ad lamentanda rursum facinus. post accepta penitentia relabuntur;

*Mordek: 64.29*

*Source* *CTOL.589.12*

**IN SANCTI SYRICII AD EIERIUM EPISCUPUM TARRACONENSE. HERA XI;** [f. 159v]

De laicis penitentibus nullum honore adipisci debere illut quoque nos par[um] {par *corr.*} fuit prouidere ut sicut penitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum. ita post penitudinem. ac reconciliacione[m] {reconciliacione *corr.*} nulli umquam laicus liceat honorem clericatus adipisci. quia quamuis sint omnium contagione peccatorum mundati nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere qui iamdudum fuerunt uasa uiciorum. et quia his omnibus quae in repensione {*sic*} ueniunt sola excusatio ignorationis obtenditur cui nos interim solius pietatis intuitu necesse est clementer ignuscere. quicumque penitens quicumque uiduae maritus ad sacra milicia indebite et inconpetenter inrepsit. hac sibi condicione a nobis ueniam intellegat relaxatam. ut hoc in magno debeant conputare beneficio. si adeptas sibi omnes promocionis in hoc quod inuenitur ordine perpetua stabilitate permaneat. Scituri post haec prouinciarum omnium summi antestitis. quod si ultra ad sacros ordines quemquam de talibus crediderint adsumendum de suo et de eorum statu quos contra cannones interdicta nostra prouexerint congrua ab apostolica sede promendam esse sen[f. 160r]tia. quia quotiens de relegione agitur episcupus conuenit iudicare;

*Mordek: 64.30*

*Source* *DSIR.384.255, cc.18–19*

## LXVI.[30]

**EXCARAPSUM DE EPISTOLA LEONIS PAPE;**

De his qui in egritudine pęnitentiam accipiunt et cum reualuerint agere eam nolunt culpanda est talium negligentia sed non penitus deserenda ut crebris cohortacionibus incitati quod necessariae expetierunt fideliter exequantur; Nemo enim disperandus est dum in hoc corpore constitutus est quia numquam quod diffidentia aetatis differtur consilio maturiore perficitur;

*Source* *DLEO.440.544, c. 7*

---

[30] This title, along with all following titles in this version of the *Vetus Gallica*, are not edited by Mordek; see Mordek, ed., *Kirchenrecht*, pp. 229–34.

## LXVII

### VIII

De his qui iam deficientes penitentiam accipiant et ante communionem moriuntur horum causa dei iudicio reseruanda est in cuius manu fuit talium obitus. ut usque ad communionis remedium differentur. nos autem qui {quibus *corr.*} uiuentibus non communicamus. mortuis communicare non possumus;

*Source* *DLEO.440.544, c. 8*

### VIIII;

De his qui dolore nimio perurguente rogant dar[e] {dari *corr.*} sibi penitentiam. et cum uenerit presbiter daturus quod petitur si dolor parum perquieuerit excusant et nolunt accipere quod offertur dissimulatio haec potest non de contemptum {*sic*} esse remedii. sed de metu grauius delinquendi; Unde penitentia quae dilata est cum studiosius petita fuerit non negetur. ut quoquomodo ad indulgentiam [f. 160v] et medicinam anima uulnerata perueniat;

*Source* *DLEO.440.544, c. 9*

### X.

De his qui paenitentiam professi sunt si in foro litigare coeperint aliud quidem est debita iusta reposcere aliud propria perfeccionis amore contemnere. sed inlicitorum ueniam postulantem oportit et ita multis licitis abstenere. dicente apostulo omnia licent. sed non omnia expediunt. {1 Cor 10, 22} unde si paenitens habet causam quam neglere {*sic*} forte non debet melius expectet ecclesiasticum quam forense iudicium;

*Source* *DLEO.440.544, c. 10*

**XI.**

De his qui in paenitentiam uel post penitentiam neguciantur qualiter lucri negutiante aut excusant aut arguit quia est et honestus questus et turpis. uerum tamen penitenti utilius est dispendia pati quam periculis negutiationis obstringi. quia difficile est inter ementes uindentesque commertium non interuenire peccatum;

*Source* *DLEO.440.544, c. 11*

**XII.**

De his qui post paenitentiam ad milicia reuertuntur contrarium omnino est ecclesiasticis regulis post paenitentiae actione redire ad miliciam seculare. cum apostolus dicat nemo militans deo implicat se negutiis secularibus {2 Tim 2, 4} unde non est liber a laqueis diaboli qui se milicia mundana uoluerit implicare;

*Source* *DLEO.440.544, c. 12*

**XIII;**

De his qui post paenitentiam uxores accipi[f. 161r]unt. uel concupinas sibi coniungunt in aduliscentia constitutus. si urguentia aut metu aut captiuitatis periculo penitentiam gessit et postea timens lapsum in continentiae iuuenalis copulam uxoris elegit. ne crimen fornicationis incurrerit. Rem uidetur fecisse ueniale si preter coniugem nullam omnino cognouerit. in quo tamen non regulam constituimus sed quod sit tolerabilius estimamus; Nam secundum ueram cognitionem nihil maius ei congruit qui penitentiam gessit. quam castita[ti]s {castitas *corr.*} perseuerans et mentis et corporis;

*Source* *DLEO.440.544, c. 13*

**LXVIII.**

**XIIII;**

De monachis quia ut {*sic*} militare caeperunt aut uxores acciperunt propositum monachi proprio arbitrio aut uoluntate susceptum deseri non potest absque peccato. aut enim quis uouit deo debet et reddere Unde quae relicta singularitatis professione ad miliciam uel ad nuptias deuolutus est publicae penitentiae satisfactione purgandus est; Qu[ae] {Qui *corr.*} etsi innocens sit miliciae et honestum potest esse coniugium electione meliorum deseruisse transgressio est;

*Source* *DLEO.440.544, c. 14*

## LXVIIII

**XV.**

De puellis quae aliquamdiu in habitu relegioso fuerunt non tamen consecrate. si post nupserint puel[f. 161v]le qua[m] {quae *corr.*} non parentum coacta {coactae *corr.*} imperio sed spontaneo iudicio uirginitatis propositum [permanerent;] {permanerent *del.;* atque habitum susciperunt. si postea nuptias diligunt preuaricantur etiam si consecratio non accessit. cuius utique non fraudarentur munere si in proposito permanerent; *add. in mg. pagina sequente*}[31]

*Source* *DLEO.440.544, c. 15*

## LXX

**XVI.**

De his qui a parentibus christianis paruuli derelicti sunt ut cum baptizati sunt non potest inuenire an debeat[32] baptizar[e]; {baptizari *corr.*} Si nulla extant indicia inter propinquos aut familiares nulla inter clericos atque uicinos quibus hii de quibus queritur baptizati fuisse doceantur. [u]gendum {agendum *corr.*} est ut renascantur ne manifeste pereant in quibus quod non ostenditur gestu racio non sint ut uideatur iteratu;

*Source* *DLEO.440.544, c. 16*

---

[31] The correction here entails the erasure of a word (probably *permanerent*) and the insertion, via a signe de renvoi, of several lines of text (probably omitted at first through homoioteleuton) which are copied out at the bottom of the following page (f. 162r).

[32] debeat] *corr. from* debeant ?

**XVII.**

De his qui paruuli ab hostibus capti sunt et non se sapiunt baptizatos. sed sciunt aliquociens ad aecclesiam a parentibus ductos utrum possint an debeant cum ad romam uenerint baptizari qui possunt meminisse quod ad ecclesiam ueniebant cum parentibus suis possunt recordare. an quod eorum parentibus dabantur acciperent. sed si etiam hoc ab ipsorum memoria alienum est conferendum eis uide[n]tur {uidetur *corr.*} quod collatum esse nescitur. quia non temeritas interuenit presumptionis ubi est diligentia pietatis;

*Source* *DLEO.440.544, c. 17*

**XVIII.**

De his qui ex affrica uel de mauritania uenerunt et nesciunt in qua secta sint baptizati quod circa eos de[f. 162r]beat obseruari. non se isti baptizatos nesciunt sed cuius fidei fuerunt qui eos baptizauerunt se nescire profitentur; Unde quoniam quodlibet modo formam baptismatis acciperunt. baptizandi non sunt. sed manus inpositione inuocata uirtute spiritus sancti quam ab hereticis accipere non potuerunt catholicis copolandi sunt;

*Source* *DLEO.440.544, c. 18*

**XVIIII.**

De his qui paruuli quidem baptizati a gentibus capti sunt et cum illis gentiliter conuixerunt cum ad romam adhuc iuuenes uenerunt obseruandum. si conuiuio solo gentilium et escis hymmolaticiis usi sunt possunt ieiuniis et manus inpositione purgari. ut deinceps ab idolatitis abstinentes sacramentorum christi possint esse participes. Si autem aut idola adorauerunt aut homicidiis uel fornicationibus contaminati sunt ad communionem eos nisi per penitentiam publicam non oportit amitti. {admitti *corr.*}[33] [f. 162v]

---

[33] There follows immediately another canon on this same page: ***DE PROPOSITO PRESBITERORUM;*** *Si quis presbiter a proposito suo correptus fuerit debet utique aput uicinos episcupos conqueri. ut ab ipsis eius causa possit*

*Source* *DLEO.440.544, c. 19*

## LXXI.

### DE PERICULO MORTIS;

Si quis quisquam {*sic*} in periculo fuerit constitutus et se reconciliari diuinis altaribus petierit et si episcupus absens fuerit debet utique presbiter consulere episcupo {episcupum *corr.*} et sic periclitantem eius precepto reconciliare;

*Source* *CCAR.419.7 (A/B/C), partial (also as CCAR.390.4, and Carthage II 4)*

### DE CORPORIBUS DEFUNCTIS;

Item placuit ut corporibus defunctorum eucharistia non detur; Scriptum est enim. accipite et edite. {Mt 26, 26} cadauera autem nec accipere possunt nec edere. et ne iam mortuos homines baptizare faciat presbiterorum ignauia; Pro qua re confirmandum est in hac sancta synodo ut secundo {secundum *corr.*} nicena statuta propter causas ecclesiasticas quae ad perniciem plebium sepe ueteriscunt singulis quibusque annis concilium conuocetur ad quod omnes prouintiae quae primas sedes habent de conciliis suis binos aut quantos elegerint episcupos legatos mittant ut in congregato conuento plena possit esse auctoritas;

## LXXII.

### CANNON AFRICANORUM; HERA XII;

---

*audiri. ac per ipsos suo [episcupo] ...* This canon, fitted with a rubric heading yet copied out incompletely (paradoxically suggesting both the main scribe's confidence and doubt about its placement), has been cancelled, apparently by the main scribe. The same canon is copied out (completely) on f. 164v as part of Title 73. There also follows, on the final three lines of the page (i.e. f. 162r), a passage (*atque habitum ... proposito permanerent*) which is keyed for insertion (via a signe de renvoi) into the canon at the end of Title 69, found on the previous page (f. 161v).

Ut si quis episcupus quod non optamus in reatum aliquod incucurrerit {*sic*} et fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare ne in crimine remaneat. a XII episcupis. et presbiter. a sex cum proprio suo episcupo. et diaconus. a tribus

**HERA XV;**

Item placuit quisquis episcuporum. presbiterorum. et diacunorum [f. 163r] seu clericorum. cum in ecclesia ei fuerit crimen institutum uel ciuilis causa fuerit commota. si relicto ecclesiastico iudicio. publicis iudiciis purgari uoluerit. etiam si pro ipso fuerit prolata sententia. locum suum amittat. et hoc in criminali. in ciuili uero perdat quod euicit si locum obtenere maluerit. sane et illut si ex consensu partium qui electi fuerint iudices etiam a pauciore numero quam constitutum est non liceat prouocare. et ut filii sacerdotum spectacula secularia non exhibeant sed nec expectent. licet hoc semper christianis omnibus interdictum sit. ut bi {vbi *corr.*} blasphemie sunt. non accedant;

Aurilius episcupus dixit. quisquis uero episcuporum accusatus ad primates prouinciae ipsius causam deferat accusator. ne a communione suspendatur cui crimen intenditur nisi ad causam suam dicendam electorum iudicum die constituta litteris euocatus minime occurrerit. hoc est intra spacium mensis ex ea die qua eum litteras accepisse constiterit. quod si aliquas ueras necessitates causas probauerint quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit causae suae dicendę intra alterum mensem integram habeat facultatem; [f. 163v] Uerum tamdiu post mensem secundum non communicet donec purgetur; Si autem ad concilium uniuersale anniuersare {anniuersale *corr.*} occurrere noluerit ut uel ibi causa eius terminetur ipse in se damnacionis sententiam dixisse iudicetur; Tempore sane quo non communicat nec in sua uel parrochia communicet; Accusator autem eius si numquam diebus causae dicendae defuerit a communione non remoueatur; Si uero aliquando defuerit subtrahens se restituto in communione episcupo. ipse uero remoueatur a communione accusator. ita tamen ut nec ipsi adhimatur facultas causae peragende si se ad diem occurrere noluisse. sed non potuisse probauerit; Illud uero ut cum agere cęperit in episcuporum iudicio si fuerit accusatoris persona culpabilis ad arguendum non

admittatur nisi proprias causas non tamen ecclesiasticas adsere {*sic*} uoluerit; Si autem presbiteri uel diaconi fuerint accusati adiuncto sibi ex uicinis locis proprios episcupos legitimo numero collegarum quos ab eodem accusati petierint id est una secum. in presbiteri nomine sex. et in diaconi tres ipsorum causa discutiant eadem dierum et dilacio[f. 164r]num et a communione remocionum et discussione personarum inter accusatores et eos qui accusantur forma seruata; Reliquorum autem clericorum causas eciam solus episcupus loci cognuscat. et definiat;Item placuit ut presbiteri et diaconi. uel ceteri inferiores clerici in causis quas habuerint si de iudiciis episcuporum suorum questi fuerint uicini episcupi eos cum consensum sui episcupi audiant et inter eos definiant adhibiti ab eis episcupi quod si et ab eis prouocandum putauerint non prouocent ad transmarina iudicia sed ad primates suarum prouinciarum. sicut et de episcupis sepe constitutum est. ad transmarina autem qui putauerit appellandum a[d] {a *corr.*} nullo intra africam ad communionem recipiatur;Item placuit ut accusatus uel accusator. in eo loco unde est ille qui accusator. {accusatur *corr.*} si metuit aliquam uim. temerariae multitudinis. locum sibi elegat proximum quo non sit difficile testes producere ubi causa finiatur;

**LXXIII**

Item placuit [. . . . . . . . . . . . . . . . . . . .] {*ras.;* ut quicunque clericus uel diaconus *add. in litura*} pro necessitatibus ecclesiarum non obtemperauerint episcupis suis uolentibus eum honorem ampliorem in sua ecclesia promoueri; Nec illi ministrent in grado suo unde recedere no {*sic*} [f. 164v] Si quis presbiter a proposito suo correptus fuerit debet utique aput uicinos episcupos conqueri ut ab ipsis eius causa possit audiri. ac per ipsos suo episcupo reconciliari. quod nisi fecerit sed superbus quod absit inflatus secernendum ab episcupi sui communionem duxerit ac separatim cum aliquibus scisma faciens sacrificium deo optulerit anathema habeatur et locum amittat. Si querimoniam iustam aduersus episcupum non habuerit. inquirendum erit;

**LXXIIII**

Item placuit ut clericus si commodauerit pecuniam. pecuniam accipiat. si speciem eandem speciem quanta dederit accipiat. et ut a[.]nte[.] {ante *corr.*} XX annos aetatis nec diacones ordinentur. nec uirgines consecrentur. Et ut lectores populum non salutent;

## LXXV

### CANNON AFRICANORUM

Auariciae cupiditatem quam rerum omnium malorum matrem esse nemo quis dubitet; Proinde inibendum est ne quis alienos fines usurpet aut per premium terminos patrum statutos transcendant nec omnino cuiquam clericorum liceat de qualibet faenus accipere quamquam nouelle suggestionis quae uel opscura sunt. uel sub genere latent inspectam a nobis formam accipiant Ceterum de quibus apertissime scriptura sancxit [f. 165r] non ferenda sententia est. sed exsequenda; Proinde quod in laicis reprehenditur. id multo magis debet in clericis predamnare;

### CANNON AFRICANORUM;

Item placuit ut quicumque episcupus plebis. quas ad suam cathedram existimant pertinere non ita repetunt ut causas suas iudicantibus episcupis agant sed alio retenente inruerint siue nolentibus siue uolentibus plebibus causae suae detrimentum paciantur. et quicumque iam hoc fecerunt si nondum est inter episcupos finita contentio. sed aduc inte {*sic*} contendunt ille inde discedat quem constiterit pretermissis iudiciis aecclesiasticis inruisse. sed ibi {sibi *corr.*} quisque blandiatur si a prerimate {primate *corr.*} ut reteneat litteras inpetrant. sed siue habeat litteras. siue non habeat conueniat eum qui tenet. et eius litteras accipiat ut cum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertenentem; Si autem ille aliquam questionem retulerit. per episcupos iudices causa finiatur siue quos eis primatos dederit. siue quos ipsi uicinos ex consensu elegerint;

## LXXVI

**ITEM CANNON AFRICANORUM;**

Item placuit ut episcupi presbiteri diaconi uel quicumque clerici qui nihil habentes ordinantur. et tempore episcupatus uel clericatus sui agros uel [f. 165v] quecumque predia nomini suo conparant tamquam rerum dominicarum inuasionis crimine teneantur nisi admoniti in ecclesia eadem ipsa contulerint Si autem ipsis propriae aliquid liberalitatis alicuius uel successione cognationis ubuenerit {*sic*} faciant inde quod eorum proposito congruit. quod si sub proposito retrorsum exorbitauerint honore ecclesiastico indigni tamquam reprobi iudicentur;

**LXXVII**

Item placuit ut presbiteri non uindant rem ecclesiae ubi sunt constituti nescientibus episcupis suis. quomodo et episcupo non licet uindere predia ecclesiae ignorante contilio uel presbiteris suis. non habentem ergo necessitatem: nec episcupo liceat matris aecclesiae titulis suis usurpare

Chrisme confectio et puellarum consecratio a presbiteris non fiat. uel reconciliare in publica missa presbitero non liceat;

Item[34] placuit ut rem ecclesiae nemo uindat. quod si reditus non habet et aliqua nimia necessitas cogit hanc insinuandum esse primato prouinciae ipsius ut cum statuto numero episcupum utrum faciendum sit arbitrentur; Quod si tanta urguet necessitas ut non possit consolere saltim uicinos testes conuocet episcupos curans ad concilium omnem referre suae aecclesiae necessitatis quod si non fecerit. reus deo et concilio uinditor [f. 166r] honore amisso teneatur;

**LXXVIII**

**ITEM CANNON AFRICANORUM;**

Ut expectacula theatrorum ceterorumque ludorum die domini uel ceteris relegionis christianae. diebus celeberrimis amoueantur. maxime quia sanctę paschae octauarum die populi ad circum

[34] item placuit ... numero episcupum utrum] *these words appear to have been written (by the main scribe) over a large erasure*

magis quam ad ecclesiam conueniunt debere transferri deuocioni eorum dies si quando occurrerint nec oportere etiam quemquam christianorum cogi ad expectacula. max[e]que {maximeque *corr.*} quia in his exercendis quae contra precepta dei sunt. nulla persecutionis necessitas a quoquam adhibenda est. sed uti oportet hominem liberam uoluntatem ut subsistat diuinitus sibi concessa corporatorum enim maxime periculum considerandum est qui contra precepta dei coguntur ad expectacula conuenire;

## LXXVIIII.

**DE EXPOSICIONE DIUERSARUM RERUM BEATI GREGORII[35] PAPE URBIS ROMĘ QUA TRANSMISIT IN SAXONIA AD AGUSTINUM EPISCUPUM QUE IPSE. {PRO SE** *add. s.l.*} **AD PREDICANDUM MISIT;**

De episcupis qualiter cum suis clericis conuersentur uel his qui fidelium oblacionibus accedunt ad altari[o] {altari[a] *corr.*} quante debeant fieri portiones et qualiter episcupus agere in aecclesia debeat; [f. 166v]

**RESPONDIT SANCTUS GREGORIUS PAPA URBIS ROMĘ**

Sancta scriptura testatur quam bene nosti non dubium et specialiter beati pauli ad thimotheum epistolae in quibus erudire studuit qualiter eum in domo dei conuersare oportuisset; Mos autem sedis apostolicae est ut ordinatis. episcupis. preceptis traderent et ex omni stipendio quod accedit; quattuor debeant portiones. una uidelicet episcupo et familiae propter hospitalitatem. atque susceptionem. Alia clero. tertia pauperibus quarta ecclesiis reparandis; Sed quia tua fraternitas monastirii regulas eruditis. seorsum uiuere non debet a clericis suis in aecclesia anglorum que actore {avctore *corr.*} deo nuper adhuc ad fide perducta est. hanc debet conuersationem instituere quae in initio nascentis ecclesiae fuit patribus nostris in quibus nullus eorum ex his quae possedebant aliquid suum esse dicebat; {dicebant *corr.*} sed erant eis omnia communia; {Act 4, 32} Si qui uero clerici sunt extra sacros ordines constitute {constituti *corr.*} qui se continere non possunt sortire uxores debent et stipendia sua exterius accipere quia et de his

[35] beati gregorii] gregorius primus *gl. in mg. by modern hand*

quibus prefati sumus nouimus scriptum. quod diuidebatur singulis prout cuique opus erat; {Act 4, 35} De eorum quoque stipen[f. 167r]dio cogitandum atque prouidendum est et sub ecclesiastica regula tenendi ut bonis moribus uiuant et canendis psalmis inuigilent et ab omnibus inlicitis cor et linguam et corpus deo auctore conseruent; Communis uita uiuentibus uel exhibenda hospitalitate et adimplenda misericordia nobis quid erit loquendum. cum omne quod superest in causis pii sacrae relegionis erogandum est domino et magistro omnium docente quod superest date helymosinam et ecce omnia munda sunt uobis; {Lc 11, 41}

*Source* *DGRE.590.1843, c. 1*

## LXXX.

**INTERROGATIO;**

Cum una sit fides et ecclesiarum diuerse consuetudines. et alter consuetudo missarum in sancta romana ecclesia atquem {*sic*} alter in gallearum aecclesiis tenentur;

**RESPONDIT GREGORIUS PAPA**

Nouit fraternitas tua romanae ecclesiae consuetudinem in quam se meminit nutritam ualde amabilem te habeat. sed mihi placet ut siue in romana siue in gallearum. siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti quod plus omnipotenti deo possit placere sollicite elegat. et in anglorum ecclesias quae adhuc ad fidem noua est institutione precipua quam de multis ecclesiis colligere potuit infundat. non enim pro locis res. sed pro [f. 167v] bonis rebus loca amanda sunt ex singulis ergo quibusque ecclesiis quae pia quae relegiosa quae recta sunt elegat. et haec quasi in fasciculo collecta aput anglorum mentes in consuetudinem deponat;

*Source* *DGRE.590.1843, c. 2*

## LXXXI.

**III. INTERROGATIO;**

Obsecro quid pati debeat si quis aliquid de ecclesia furtu abstulerit;

**RESPONDIT GREGORIUS**

Hoc tua fraternitas ex persona furis pensare potest quorum ualeat corregi; Sunt enim quidam qui habentes subsidia furtum perpetrant. et sunt alii qui hac se inopia delinquunt. unde necesse est ut quidam damnis quidam uero uerberibus et quidam districcius agitur ex caritate agendum est non ex furore; Quia ipse hoc prestatur qui corrigitur ne gehenne ignibus tradatur; Sic enim nos fidelibus tenere disciplinam debemus sicut boni patres carnalibus desiderii solent filiis quos et pro culpis uerberibus feriunt. et tamen ipsius quos doloribus adficiunt habere heredes querunt Et quod possident ipsi seruent quos irati insequi uidentur; Haec ergo caritas in mente tenenda est. et ipsa modum correctionis discat. ita ut mens extra racionis regula omnino nil faciat;

Addis etiam quomodo ea quae furtu de ecclesiis abstulerint reddere debeant. sed ab[f. 168r]sit ne ecclesia cum augmentum recipiat quod de terrenis rebus uidetur amittere et lucra de uanis querat;

*Source* *DGRE.590.1843, c. 3*

**LXXXII.**

**INTERROGATIO;**

Si debent duo germani fratres singulas sorores accipere quae sunt ab illis longe progeniae generati;

**RESPONDIT GREGORIUS;**

Modis omnibus fieri licet nequaquam in sacris eloquiis inuenitur quod huic capitulo contradixisse uideantur;

*Source* *DGRE.590.1843, c. 4*

**INTERROGATIO.**

Usque ad q[uantum] {quod *corr.*} generacione fideles debeant cum propinquis coniugio copulare et nouerchis et cognatis si liceat copula coniungi;

**RESPONDIT GREGORIUS**

Et quidem terrena lex in romana republica permittit. ut siue fratri aut sorori se {sev *corr.*} duorum fratrum germanorum uel duorum filios et filia misceantur. sed experimento didicimus ex tale coniugio sobolem non posse subcrescere. et sacra lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. unde necesse est ut iam tertiam. uel quarta generatio fidelium licenter sibi iungi debeant;

Nam secunda quam diximus a se omni modo debeat abstenere

Cum nouerca autem miscere graue est facinus. quia et in lege scriptum est. turpitudinem patris tui non reuelabis. {Lv 18, 7} neque patris turpitudinem filius reuelare poterit;

Sed quia scriptum est erunt duo in carne una. {Gn 2, 24} qui turpitudinem nouercę [f. 168v] quae una caro cum ita fuit reuelare presumpserit profecto patris turpitudinem reuelauit Cum cognata quoque miscere prohibitum est. quia per iunctionem priorem caro fratris fuerit facta. pro qua re etiam iohannis baptista capite trunccatus {*sic*} est. et sancto martyrio consummatus; Cui non est dictum ut christum negaret. et pro christi confessionem occisus est. sed quia isdem dominus noster iesus christus dixerat. ego sum ueritas. {Io 14, 6} quia pro ueritate iohannis occisus est. uidetlicet {uidelicet *corr.*} et pro christo sanguinem fudit; Quia uero sunt multi in anglorum gente. qui dum adhuc in infidelitate essent huic nefando coniugio dicantur admixti ad fidem uenientes admonenti {admonendi *corr.*} sunt ut se absteneant. et graue hoc esse peccatum cognuscant tremendum dei iudicium timeant. ne pro carnale dilectione tormenta eterni cruciatus incurrant; Non tamen pro hac re sacri corporis ac sanguinis domini communione priuandi sunt. nec in eis illa ulcisci uideatur in quibus se p[ro] {per *corr.*} ignorantiam ante lauacrum baptismatis adstirinxerunt; In hoc enim tempore sancta aecclesia quedam per feruorem corrigit. quedam per mansuetudinem tolerat quedam per considerationem desimolat. ut semper malum quod aduer[f. 169r]uersatur {*sic*} portando et dissimulando conpescat; Omnes autem qui ad fidem ueniunt admonendi sunt quia sicut in his quae per ignorantiam fecerunt culpa aliquatenus tolleranda est. ita in his fortiter insequenda qui non metuunt sciendo peccare;

*Source* *DGRE.590.1843, c. 5*

**INTERROGATIO;**

Si longinquitas itineris magna interiacet. ut episcupi non facile ualeant conuenire. an debeant sine aliorum episcuporum episcupus {presentia *corr.*} episcupi ordinare; {ordinari *corr.*}

**RESPONDIT GREGORIUS;**

Et quidem in anglorum ecclesia in qua adhuc solus tu episcupus inueniris ordinare episcupum non aliter nisi sine episcupum {episcupos *corr.*} potes; Nam quando de galliis episcupi ueniunt qui in ordinatione episcupi testes adsistunt; Sed fraternitate tua uolumus episcupus {episcupos *corr.*} ordinare. ut ipsi sibi episcupi longo interuallo minime disiungantur; Quatenus nulla sit necessitas. ut in ordinatione episcupi conuenire non possint; Pastorum quoque aliquorum presentia quia ualde est utilis facile ne debeant conuenire; Cum igitur auctore deo. ita fuerint episcupi in propinquis sibi locis ordinati. per omnia episcuporum ordinatio. sine adgregatis tribus uel. quattuor episcupis fieri non debet; Nam quod in ipsis rebus spiritales aut sapientes. aut maturi disponantur. Exemplum trahere a rebus etiam carnalibus possumus; Certe enim dum coniugia in mundo celebrantur con[f. 169v]iugati quique uocantur ut qui uiam iam coniugii precesserunt in subsequentis quoque copulati gaudio misceantur; Cur non ergo nobiscum in hanc spiritali ordinacione qua per sacrum mysterium homo deo coniungitur tales conueniunt {conueniant *corr.*} qui in profecto ordinati episcupi gaudeant. uel pro eius custodia omnipotenti domino preces pariter fundant;

*Source* *DGRE.590.1843, c. 6*

**INTERROGATIO;**

Qualiter debemus cum gallearum atque brittanorum episcupis agere;

**RESPONDIT GREGORIUS;**

In gallearum episcupis. unam tibi auctoritatem tribuimus quia ab antiquis prodecessorum meorum temporibus palleum arlatensis episcupus accepit quem nos priuare auctoritate percepta minime debemus; Si igitur contingat ut fraternitas tua ad gallearum prouincias transeat cum eodem arlatense episcupo debeat agere qualiter si qua in episcupis uicia corrigantur qui si forte in

discipline uigore tepidus existat. tuae fraternitatis zelo accendendus est; Cui iam epistolas fecimus. ut cum tuae sanctitatis presentia in galliis et ipse tota mente subueniat. et quae sunt creatoris nostri iussione contraria ab episcuporum[36] ipsorum moribus conpescat; Ipse autem ex auctoritate propria episcupo gallearum indicare non poteris. [f. 170r] sed suadendo blaldiendo {*sic*} bona quoque tua opera eorum imitacione monstrando prauorum mentes ad sanctitatis studio reforma quia scriptum est in lege. per alienam messem transiens falcem mittere non debet. sed manus spicas conterere. {cf. Dt. 23, 25} falcem enim iudicii mittere non potes in ea segite quae alteri uidetur esse commissa. sed per affectum boni operis frumenta dominica uiciorum suorum paleis expolia Et in ecclesię corpore monendo {*sic*} et persuadendo. quasi mandendo conuerte. Quicquid uero ex auctoritate agendum est cum predicto arlatente episcupo agatur. nec pretermitti po[. . .]it {possit *corr.*} hoc quod antiqua patrum institutio inuenit;

Bretannorum uero omnes episcupos tuae fraternitati commisimus. ut indocti doceantur. Infirmi persuasione roborentur. peruersi auctoritate corrigantur;

*Source* *DGRE.590.1843, c. 7*

**INTERROGATIO**

Obsecro ut reliquiae sancti syxti martyris nobis transmittantur;

**RESPONDIT GREGORIUS;**

Fecimus quae petisti quatenus populus qui in loco quodam sancti syxti martyris corporis dixerunt uenerari. quod tuae fraternitati nec uerum. nec ueraciter sanctum uidetur. certa sanctis[f. 170v]simi. et probatissimi martyris beneficia suscipiens colere incerte non debeat. mihi tamen uidetur quia si corpus quod a populo esse cuiusdam martyris esse creditur nullis illic miraculis corruscat et neque aliquid de antiquioribus existunt qui se a parentibus passionis eius ordinem audisse fateantur. ita reliquiae quas petisti. seorsum condende sunt. ut locus in quo prefatum corpus iacet modis omnibus obstruatur; Nec permittatur populis certum deserere et incertum uenerari; {uenerare *corr.*}

*Source* *DGRE.590.1843 (eds Ewald-Hartmann, 333, ll. 40–51)*

---

[36] episcuporum] epis *with macron above* is

## LXXXIII.

**INTERROGATIO.**

Si pregnans mulier debet baptizar[e] {baptizari *corr.*} aut postquam genuerit post quantum possit tempus ecclesiam intrare aut etiam baptizare. {baptizari *corr.*} aut ne morte preoccupetur quod genuerit. post quod dies hoc liceat sacri baptismatis sacramenta percipere. aut post quantum temporis huic uir suus possit in carnis copulacione coniungi. aut si menstrua consuetudine tenetur. an in ecclesia intrare ei liceat. aut sacrę communionis sacramenta percipere. aut uir suae coniugi permixtus priusquam lauit aqua si ecclesiam possit intrare. uel etiam ad ministerium sanctae communionis accedere quae omnia rudi anglorum genti oportet ha[f. 171r]bere conperta;

**RESPONDIT GREGORIUS;**

Hoc non ambigo fraternitatem tuam esse requisitam cui iam et responsum reddedisse me arbitror. sed hoc quod sentire et dicere ipse potuisti; Credo quia mea aput te uolueris responsione firmari; Mulier pregnans cur non debet baptizari. cum non sit ante omnipotentis dei oculos culpa aliqua faecunditas; Nam cum primi parentis nostri in paradyso deliquissent inmortalitatem quam acciperant dei iudicio perdiderunt Quia hisdem omnipotens deus humanum genus in culpa sua funditus extinguere noluit. et inmortalitatem homini per peccato suo abstulit. et tamen per benignitatem suae pietatis fecunditatem ei sobolis reseruauit; Quod ergo non naturę {humane. *add. s.l.*} ex omnipotentis dei dono seruatum est. qua racione poterit a sacri baptismatis gracia prohibere; In illo quippe mysterio in quo omnis culpa funditus extinguitur. ualde stultum est si donum gratiae contradicere posse uideatur; Cum uero enixa fuerit mulier. post quod debeat dies ecclesiam intrare. testamenti ueteris precepcione didicisti. ut pro masculo dies XXXIIII.[37] pro femina autem diebus LXVI debet abstenere; {cf. Lv 12, 4–5} Quod tamen sciendum est. quia in mysterio accipitur. nam si hora eadem qua genuerit actura gratia si in[f. 171v]tret ecclesia nullo peccati pondere grauatur uoluptas etenim carnis non dolor in culpa est. in carnis enim coinquinatione uoluptas est. nam in prolis prolacione gemitus; Unde et ipse prime matri omnium dixit deus. in doloribus paries; {Gn 3, 16} Si enim enixam mulierem. prohibimus ecclesiam

[37] XXXIIII] *corr. from* XXXIII *?*

intrare. ipsa ei poena sua in culpa deputamus; Baptizari autem uel enixam mulierem uel hoc quod genuerit. si mortis periculo urguetur. uel ipsa hora eadem qua gignit uel hoc quod gignitur. eadem qua natum est nullumodo prohibetur. quia sicut sancti mysterii gratia eius uiuentibus atque discernentibus cum magna discritione prouidenda est. ita his quibus mors eminit sine ulla dilacione offerenda. ne dum adhuc tempus ad prebendum redemptionis mysterium queritur. interueniente paululum mora inuenire non ualeat qui redematur; Ad eius uero concubitum uir suus accedere non debet. quoadusque prolis qui gignitur ablactatur; Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit. ut mulieres filios. uel filias quos gignunt nutrire contempnunt. eosque aliis mulieribus ad nutrien[f. 172r]endunt {nutrienendum *(sic) corr.*} tradunt. quod uidelicet. ex sola causa incontinentię uidetur inuentum. quia dum se continere nolunt. dispiciunt lactare quos gignunt; Haec itaque qui filios suos ex praua consuetudine aliis ad nutriendunt {nutriendum *corr.*} tradunt nisi purgationis tempus transierint. uiris suis non debent admiscere. quippe quia {et *add. s.l.*} sine partus causa. cum inconsuetis menstruis denudentur uiris suis miscere prohibentur; Ita morte lex sacra feriat; Si quis uir ad menstruatam mulierem accesserit. quae tamen mulier dum consuetudine menstruatam patitur prohibere {prohiberi *corr.*} ab ecclesiam non debet. quia ei natura superfluens in culpa non ualeat reputare. per hoc quod inuita patitur. iustum non est ut ingressum aecclesię priuetur; Nouimus namque quod mulier quae fluxu paciebatur sanguinis. postergum {*sic*} domini humiliter ueniens uestimenti eius fimbriam tetigit. atque ab ea statim sua inurmitas {infirmitas *corr.*} recessit; Si ergo haec in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit uestimentum domini tangere cuiusque menstruam sanguinis patitur ei non liceat domini ecclesiam intrare; Sed dicis illam infirmitas conpulit. has uero de quibus loquimur consu[f. 172v]tudo {*sic*} constringit; perpende autem frater karissime quia omne quod in hac carne mortale patimur ex infirmitate naturae est digno dei iudicio post culpam ordinatur. Esurire namque sitire estuare lasciscere ex infirmitate naturae est. et quidem {quid est *corr.*} aliud contra famem alimenta. contra sitem potum. contra aestum auras. contra frigus uestem. contra lassitudine requiem querere nisi medicamentum quidem contra egritudines explorare. Faemina itaque et menstrua suae sanguis egritudo est; Si igitur bene presumsit quod uestimentum domini in languore posita tetigit quod une personę infirmitate conceditur. quare non concedatur cunctis mulieribus quae nature sue uicio infirmantur sanctę autem communionis mysterium in ehisdem {*sic*} diebus percipere. non debet prohiberi si his ex magna ueneratione percipere non presumit. laudanda est sed si perciperit non iudicanda. Bonarum quippe mentium est et ibi aliquo modo

suas culpas cognuscere ubi culpa non est. quia sepe sine culpa agitur quod uenit ex culpa; Unde etiam cum esurimus sine culpa comedimus quibus ex culpa primi hominis factum est ut esuriamus; Menstrua enim consue[f. 173r]tudo mulieribus non aliqua uidelicet quae naturaliter accedit. sed tamen quod natura ipsa uiciata est. ut etiam sine uoluntatis studio uideatur esse polluta. ex culpa uenit uicium in quo seipse {seipsa *corr.*} qualis per iudicium facta sit humana natura cognuscat; Et homo qui culpam sponte penetrauit reatum culpe portet inuitus. atque faemine. ideo cum semetipsas considerant. et quae menstrua consuetudine ad sacramentum dominici corporis et sanguinis accedere non presumunt de sua recta consideratione laudandae sunt dum percipiendo uero ex relegione consuetudine eiusdem mysterii amore rapiuntur. reprehendendę sicut prediximus non sunt; Sicut enim in uestamento {testamento *corr.*} uetere exteriora obseruantur opera. ita in testamento nouo. non tam quod exterius agitur. sed quod interius cogitur. sollicita intentione adtenditur ut subtili {subtile *corr.*} sententia puniatur; Nam cum multa lex uelut inmunda manducare prohibeat in euangelio dominus dicit. non quod intrat in os quoinquinat hominem. sed quod exeunt de ore. illa sunt quę coinquinant hominem. {Mt 15, 11} atque paulo post subiecit. exponens. exconde {ex corde *corr.*} exeunt cogitationes male. {Mt 15, 19} ubi ubertim[38] indictum est. quia illud omnipotenti deo pollutum esse in opere [f. 173v] ostenditur quod ex polluta cogitatione radice generatur; Unde paulus quoque apostulus dicit. omnia mvnda mundis. coinquinatis autem et infidelibus nihil est mundum. {Tit 1, 15} atque mox eiusdem causam coinquinationis adnuntians subiungit. coinquinata sunt. enim et mens eorum et conscientia; {Tit 1, 15} Si ergo ei cybus inmvndus non fuerit. cur quod mente munda mulier ex natura patitur ei in inmundicia reputetur; Uir cum propria uxore dormiens. nisi lotus aqua intrare ecclesiam non debet. lex autem ueteri populo precepit dicens. ut mixtus uir mulieri et lauari aqua debeat. et ante solis occasum ecclesiam intrare. quod tamen intellegi spiritaliter potest; Quia mulier uiro miscetur quando inlicita concupiscentiae animus in cogitatione per delectatione coniungitur; Quia nisi prius ignis concupiscentiae a mente deferueat dignum se congregationi fratrum estimare non debet qui se grauari per nequiciam praue uoluntatis uidit; Quamuis hac de re diuerse hominum naciones diuersa sentiant. atque alia custodire uideantur Romanorum tamen semper ab antiquorum usus fuit post admixtionem propriae coniugis et lauacri purificationem querere. et ab ingressu ecclesię [f. 174r] paululum reuertens {reuerente[r] *corr.*} abstenere. nec hec dicentis {dicentes *corr.*} culpam deputamus esse coniugium; Sed quia ipsa licita admixtio

[38] ubertim] *corr. from* ubestim *?*

coniugis sine uoluntate carnis fieri non potens {potest *corr.*} sacri loci ingressu {ingressus *corr.*} abstinendum est quia uoluptas ipsa sine culpa esse non potest. Non enim de adulterio uel de fornicatione. sed de legitimo coniugio natus fuerat qui dicebat; Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. et in delictis peperit me mater mea. {Ps 50, 7} qui enim in iniquitatibus conceptum se nouerat. a delicto se natum gemebat; Quia portat arbor in ramo humorem uicii quam traxit ex radice; In quibus tamen uerbis non ammixtionem coniugum iniquitatem nominat. sed ipsam uidelicet uoluptatem admixtionis; Sunt etenim multa et licita ac legitima et tamen in eorum actu aliquatenus foedamus. sicut sepe irascendo culpas insequimus. {insequimur *corr.*} et tranquillitatem in nobis animę perturbamus. et cum rectum sit quod agitur non est adprobabile quod in eis animus perturbatur; Contra uicia quippe delinquentium iratus fuerat qui dicebat; turbatus est pre ira oculus meus. {Ps 6, 8} nisi enim tranquilla mens non ualet in contemplacione. se luci suspendere. et in ira ipsum oculum turbatum dolebat [f. 174v] quia dum mala acta deorsum insequitur confunditur atque turbare a sui morum contemplacione cogebatur. et laudabile est ergo ira contra uicium et tamen molesta. quia turbatum se aliquem reatum se esse indicabat quia legitime carnalia copula oportit. {*sic*} ut causa prolis sit non uoluptatis et carnis commixtio creandorum liberorum. sit gratia. non satisfaccio uiciorum; Si quis suae coniugi non cupidine uoluptatis raptus sed solummodo creandorum liberorum gratia utitur iste profecto siue de ingressu aecclesiae seu de sumendo dominici corporis sanguinisque misterio suo iudicio est relinquendus. quia a nobis prohibere non debet. accipere qui in igne positus nescit urire; {*sic*} Cum uero non amor procreandi sobolis sed uoluptas dominatur in opere commixtionis. habent coniuges etiam de sua commixtione quod defleant Quod enim concedit sancta predicacio et de ipsa concessione me[n]u {metu *corr.*} animum concutit; Nam cum paulus apostulus diceret. qui se continere non potest habeat suam uxorem; {cf. 1 Cor 7, 9} Hoc autem dico secundum imperium. {1 Cor 7, 6} non enim indulgitur quod licet quod {quia *corr.*} iustum est. quod igitur indulgere dixit. culpam esse demonstrauit Uigilante ergo mente pensandum est. quae quod [f. 175r] in sina monte dominus populo loquuturus. ante eundum populum abstinere a mulieribus precipit; Et si illic ubi dominus per creaturam subditam hominibus loquebatur. tanta prouisione est mundicia corporis requisita. ut qui uerba dei reciperent mulieribus mixti non essent; Quanto magis mulieres quę corpus domini omnipotentis accipiunt custudire in se mundiciam carnis debent; Ne ipsa inaestimabilis mysterii magnitudine grauentur; Hinc etiam ad dauid de pueris suis de {per *corr.*} sacerdotem deus ut si a mulieribus mundi essent panis propositionis

acciperent. quos omnino non perciperent. nisi prius mundos esse dauid a mulieribus fateretur. Tunc autem uir qui post admixtionem coniugis lotus aqua fuerit etiam sacrae communionis mysterium ualet accipere. cum ei iuxta prefinitam sententiam {ęcclesiam *corr.*} ei licuerit intrare;

*Source* *DGRE.590.1843, c. 8*

## LXXXIIII.

**INTERROGATIO;**

Si post inlusionem quae per somnium solet accedere uel si corpus domini sui libet accipere ualeat. uel si sacerdos sit sacra misteria celebrare.

**RESPONDIT GREGORIUS;**

Et quidem hunc testamentum ueteris legis. sicut in superiore capitulo diximus pollutum dicit. et nisi lotum aqua usque ad uesperum intrare ecclesiam non concedit; Quod tamen [f. 175v] specialiter ad illum populum. spiritaliter autem intellegens sub eodem intellectu accipiet quo prefati sumus. quia quasi per somnium inluditur qui temptatus in inmunditia ueris imaginibus in cogitationibus inquinatur; Sed lauandus est aqua ut culpas cogitationis lacrimis abluat. et nisi prius ignis temptationis recederit. reum se quasi usque ad uesperum cognuscat; Sed est in eadem inlusione necessaria discretio ualde quae suptiliter pensare debeat. ex qua re accedat menti dormientis; Aliquando enim ex crapula. aliquando ex naturae superfluitate. aliquando ex necessitate contingit; Et quidem cum ex naturę superfluitate uel infirmitate euenerit. omnimodo haec inlusio non est timenda. quia hanc animo nesciente pertulisse magis dolendum est quam fecisse; Cum uero ultra modum adpetitum gulae in sumendis alimendis {*sic*} rapitur. atque idcirco humorum receptacula grauantur habet exinde animus aliquem reatum. non tamen usque ad prohibitionem percipiendi sancti mysterii uel missarum sollemnia celebrandi. confortasse aut festus dies exigit. aut exhibere misterium pro eo quod sacerdos alius in loco eodem deest. ipsa ne[f. 176r]cessitas conpellit. nam si [de]sunt {adsunt *corr.*} alii qui implere mysterium ualeant inlusio pro crapula facta a perceptione sacri misterii prohibere non debet. sed ab immolacione sacri misterii abstenere ut arbitror humiliter debet; si tamen dormientis mentem turpes

imaginationes concurrerint. nam sunt quibus ita plerumque inlusio nascitur ut eorum animus etiam in somnum corporis positus turpibus imaginationibus non faedetur. qua in re unum ostenditur ipsa mens non ream et tamen suo iuditio liberat cum se etsi dormienti corpore nihil meminit uidisse tamen in uigiliis corporis meminit ingluuiem cecidisse; Sin uero ex turpe cogitatione uigilanter oritur inlusio dormientis patet animo reatus suus. uidens a qua radice inquinatio illa processerit. quia quod cogitauit sciens hoc pertulit nesciens; Sed pensandum est ipsa cogitatio utrum in suggestione han {*sic*} quod maius est in peccati consensu; suggestio est quod fit per diabulum. delectacio per carnem. consensus. per spiritum. quia cum primam culpam serpens suggessit eua uero uelut caro delectata est. adam uero uelut spiritus consensit; Et necessarium est. magna discretione inter suggestione atque dilectatione atque consen {*sic*} [f. 176v] iudicem sui prodere animum; Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente. si nulla peccati delectatio sequatur. peccatum omnimodo perpetratum non est Cum uero delectare caro coeperit. tunc peccatum incipit nasci; Si caro etiam ad consensionem ex deliberatione discendit tunc peccatum cognunitur {cognuscitur *corr.*} perfeci; In suggestione igitur peccati inicium est. in delectatione nutrimentum. in consensu perfectio. et sepe contingit ut hoc quod malignus spiritus seminat in cogitatione; Caro in delectatione trahat; Nec tamen animę idem delectationi consentiat; Et cum caro sine anima delectare nequeat. ipse tamen animus carnis uoluptatibus reluctans. in delectatione carnale aliquo modo ligatur inuitus; Ut ei ex racione contradicat ne consentiat. et tamen dilectationi ligatus sit. sed ligatum se uehementer ingemiscat; Unde et ille caelestes exercitvs precipuus milis gemebat dicens. uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę. et captiuum me ducentem in lege peccati quae est in membris meis; {Rm 7, 23} Si autem captiuus erat minime pugnabat. quapropter et capti[f. 177r]uus erat. et captiuus non erat. et pugnabat igitur legi mentis cui lex im {*sic*} membris est repugnabat. si autem pugnabat captiuus non erat; Ecce est homo ut ita dixerim. et captiuus et liber. liber ex iusticia quam diligit. captiuus ex delectatione quam portat inuitus; EXPLICIT[39]

*Source* *DGRE.590.1843, c. 9*

## LXXXV

[39] The explicit comes in the form of the abbreviation *EX* (also found on fol. 189r), which is glossed *finis* (on the line) by a modern hand.

**IN NOMINE DOMINI INCIPIT CAPITULARE A GREGORIO SANCTO[40] PAPA URBIS ROMĘ DATUM REUERENTISSIMO FRATRI NOSTRO MARTINIANO EPISCUPO SEU GEORGIO PRESBITERO SANCTĘ SEDIS APOSTOLICĘ ADQUE DOROTHEO SUBDIACONO PREDICTE SEDIS EUNTIBUS CUM DOMINI AUXILIO IN BAIOARIA;**

**ID EST CAPITULUM I;** Ut datis nostris scriptis. ita ut cum duce prouintię deliberetis. quatenus conuentus adgregetur sacerdotum et iudicum atque uniuersorum gentis eiusdem primariorum et ex quesitis sacerdotibus atque ministris quorum cannonicam adprobaueritis extetisse promotionem. ac[c]ectę {ac rectę *corr.*} fidei tenere aut recipere racionem his sacrificandi et ministrandi. siue etiam psallendi ex figurae atque traditione sanctae apostolicae ac romanae sedis aecclesiae ordine. traditis potestatem; Quorum uero non claruerit recta fides credulitatis. aut ad[f. 177v]probata sollemnitas. cannonice ordinationis illis per omnia prohibeatur licentia ministrationis ut subrogentur cannonice probabiles successores;

**CAPITULUM II;** Ut loca singulorum aecclesiarum preuidentes quomodo unusquisque sacerdos seu minister erga aecclesiam debeat conseruare. uel qualiter sacra missarum sollemnia siue cetera diurnarum atque nocturnarum horarum officia siue etiam lectionem sacrarum noui et ueteris testamenti ordinabilia predicamenta studeat obseruare secundum traditum sanctae apostolicę sedis antiquitatis ordinem disponitis;

**CAPITULUM III;** Ut consideratis locorum spatiis iupta {iuxta *corr.*} gubernationem uniuscuiusque ducis episcopia disponatis et diocesesana {diocese sane *corr.*} subiacentia singulis sedibus terminetis; Et si tres. aut quattuor uel maiores numeri uise fuerint constutui {constitui *(sic) corr.*} sedes. reseruato precipue sedis loco pro archeepiscupo resedendo adibito trium episcuporum conuentu probabiles fide. ac boni testimonii et eruditos sana doctrina uiros ordinetis antestites ex auctoritate beati petri apostuli. et nin[41] subsequentis uigoris tradita dispensatione locis eos traditis conlocantes;

**CAPITULUM IIII;** Ut preuiso propter archiepiscupum loco si talem reperire po[f. 178r]tueritis uirum qui possit doctrinis salutiferis et operum exemplis instruere sibi subditos sacerdotes ac

[40] gregorio sancto] gregorius secundus *gl. in mg. by modern hand*
[41] nin] ni *with macron above*

regere prudentissime clerum ac plebem et amplificare congrue creditas oues aut datis litteris uestris eum ad nos dirigatis. aut uobiscum uenire faciatis; Si certe talem inuenire non poteritis hoc aut per uos aut per uestras litteras innotiscatis. quatenus de hac sancta premissa sede preuidentes utilem cum dei auxilio dirigamus;

**CAPITULUM V.** Ut ordinatis episcupis. unicuique illorum hoc detis ex figure nostrae ordines in mandatis ne umquam ordinaciones presumat inlicitas. ne digamum aut qui uirginem non est sortitus uxorem. neque inlitteratum uel in qualibet partem corporis uiciatum. aut expenitentem uel cuilibet conditioni obnoxium. atque notatum sacros ordines permittat accedere; Sed si quos cuius modi forte repererit. non audeat promoueri; Affros passim ad ecclesiasticos ordines pretendentes nulla racione suscipiat. quia plerique illorum manichei rebaptizati sepius sunt probati ministeria atque ornatum aecclesię uel quicquid est uel fuerit in patrimonium eiusdem non minuere studeat sed augere; De reditu uero ecclesię [f. 178v] uel oblacionibus fidelium quattuor faciat portiones. quarum una sibi reteneat. alteram clericis per suorum officiorum sedulitate distribuat. tertiam pauperibus et peregrinis. quartam ecclesiasticis fabricis nouerit reseruandam. De quibus diuino erit redditurus iudicio racionem; Ordinationes uero presbiterorum. seu diaconorum. non nisi quarti. septimi. et decimi mensuum ieiuniis. sed in ingressu quadraginsimale atque mediane uespere sabbati nouerit celebranda; Sacrosancti autem baptism[o] {baptismi *corr.*} sacramentum non nisi in paschale festiuitate et pentecosden nouerit esse prebendum. exceptis his qui mortis urguente periculo ne in aeternum pereant talibus se cognuscat remedia subuenire. cui de reliquo sedis apostolicae premissę romani precepta seruanti cuncta subiacet relegio. et uniuersa generalitas populorum christiani nominis renotata signaculo ad obsequendum commoneatur corde prumtissimo ut inreprehensibile placitum fiat corpus ecclesiae per christum dominum nostrum;

**CAPITULUM VI.** Ut ita nubentibus uel nupturis ordinem ex auctoritate apostolica tetis. {detis *corr.*} ut nec continentiae causa indicentibus damnabilis copulae nuptialis. nec per licentiam nu[f. 179r]bendi presumatur occasio fornicandi; Sed sicut masculum et feminam deus in ipso exordio mundi precipit coniungi. ut sint duo in carne una. {Gn 2, 24; I Cor 6, 16} ita iuxta doctrinam apostolica unusquisque uir suam uxorem habeat. {1 Cor 7, 2} et non licere in inuicem fraudare nisi ex consensu ad tempus ut uacent oracioni; Dicente de hoc ipso apustulo {apostulo *corr.*} alligatus es uxori noli querere solutionem. {1 Cor 7, 27} id est supereste coniuge ad

alterum femine concupitu non uelle transire quia eodem doctore gentium adstruente qui fornicatur in corpus suum peccat. {1 Cor 6, 18} hoc est in uxore propria. cum qua unum corpus est cui fraudando per amplexos inlicitos semetipsum sub peccati reatu obiurgat; Unde nec reputandum est recte coniugium quod duorum excesserit numerum. quia nisi in duobus non geritur iugum; Ipsud {*sic*} quoque unius uiri et uxoris coniugium doceatur in proximitate sanguinis non esse paenitus presumendum. id est ne quis uxorem patris aut patrui uel fratris. siue sororem suam. aut sororem patris uel matris siue filiam sororis suae. seu etiam filiam patris aut matris audeat sibi coniugio copulare aut in adulterio sociare; Quod si quis aut per coniugalem copulam. aut adulterandi temerantiam ausus [f. 179v] fuerit perpetrare nouerit se incerte {ince[s]ti *corr.*} facinoris contaminacione obnoxium esse. atque ob hoc indignum fieri sacra communione corporis et sanguinis domini iesu christi. sine cuius perceptione nemo poterit saluari; Nuptus quoque ipsis referenda fidelium uirginum et contentum {contenentum *corr.*} doceatur integritas;

**CAPITULUM VII;** Ut nihil in perceptione cyborum iudicetur inmundum. nisi quae fuerit idolis immolatum. quia iuxta quod magisterio apostolicae doceatur {docetur *corr.*} omnes[42] {*sic*} creatura dei bona. et nihil reiciendum quod cum graciarum actione percipitur; {1 Tim 4, 4}

**CAPITULUM VIII.** Ut somnia et auguria quia iuxta diuina oracula uana sunt. non adtendenda pęnitus doceantur;

**CAPITULUM VIIII;** Ut incantationes et fastidiaciones siue diuerse obseruationes dierum kalendarum quas error tradidit paganorum prohibeantur sicut maleficia et magorum prestigia. seu etiam sortiligorum. ac diuinantium obseruatio exsecranda;

**CAPITULUM X.** Ut dominicis diebus doceant non licere omnimodo ieiunandum. propter resurrectionis dominici sacramentum. neque in festiuitatibus dominicis natiuitatis aut apparitionis siue ascensionis;

**CAPITULUM XI.** In omnibus ita christi caritas teneatur quatenus secundum statuta sacrorum cannonum oblaciones dessidentium priusquam. con[f. 180r]concilientur {reconconcilientur *(sic) corr.*} nullumodo in ecclesia recipiantur;

---

[42] omnes] om *with macron above, elsewhere the abbreviation used for* omnes

**CAPITULUM XII.** Ut paenitentiae remediis nemo se non egere putet pro cottidianis humanę fragilitatis excessibus sine quibus in hac uita esse non possumus.

**CAPITULUM XIII;** Ut de spe resurrectionis futuri ita instituantur. ut eodem ordine eademque forma qua ipse dominus resurrexit a mortuis omnes homines resurrecturos esse non dubitent. in eodem corpore in quo sumus et uiuimus. non natura aut sexum mutantes sed tantum fragilitatem et uicia deponentes. ipsum quoque sananan {satanan *corr.*} cum angelis suis atque cultoribus aeterno incendio concremandum; Neque secundum quorundam sacrilegam deputationem {disputationem *corr.*} ad pristinam id est angelicam dignitatem unde cecidit reducendum; Iuxta quod dominus in euangelio. se predixit dicturum reprobis stantibus a sinistris in futuro iudicio; Discedite a me maledicti in ignem ęternum. qui preparatus est diabulo et angelis eius; {Mt 25, 41} Bene ualete. Data iussione. ides madiis {*sic*} imperante domino augusto anastasio a deo coronato. magno imperatore anno. tertio pontificatus eius; [f. 180v]

*Source* *DGRE.715.2153*

## LXXXVI

### INCIPIT DECRETUM[43] AD CLERUM IN ECCLESIA BEATI PETRI APOSTOLI;

Regnante in perpetuum domino nostro iesu christo tempore piissimi ac serenissimi domni mauricii tiberii. et theodosii augustorum eiusdem domni. imperio mauricii. anno III. Xmo indictione tertia decima quinto die mensis iulii. gregorius papa cum sanctissimo beati petri apostoli corpore cum episcopis omnibus romanae aecclesiae presbiteris quę resedens adsistentibusque diaconibus et cuncto clero dixit; In sancta ac romana aecclesia cui diuina dispensatio preesse me uoluit dudum consuetudo ualde reprehensibilis extat ut quidam ad sacri altaris ministerium cantores elegantur. et in diaconatus ordine constituti modolatione uocis inseruiant. quos ad predicationis officium elymosinarumque studium uacare congrue debeat. unde fit plerumque ut ad sacrum ministerium dum blanda uox queritur. queri congrua uita neglegatur. et cantor minister deum moribus stimulet cum populum uocibus delectat; Qua de re presente decreto constituo. ut in sede ac sacri altaris ministri cantare non debeant. solumque

---

[43] decretum] gregorius primus *(viz.* gregorii primi*) gl. in mg. by modern hand*

euangelii lec[f. 181r]tiones {lectionis *corr.*} officium inter missarum sollemnia exsoluant; Psalmos uero aut reliquas lecciones censeo per subdiacones. uel si nessitas {*sic*} exigit per minores ordines exhibere; Si quis autem contra hoc decretum meum uenire temptauerit anathema sit; Responderunt omnes anathema sit; Uerecundum mos turpor indiscrecionis inoleuit. et huius sedis pontificibus ad secreta cubiculi seruicia laici pueri ac seculares obsequantur; Et cum pastoris uita esse discipulis semper debeat in exemplo. plerumque clerici qualis in secreto sit uita sui pontificis nesciunt. Quam tamen ut dictum est seculares pueri sciunt; De qua re presente decreto constituo ut quidam ex clericis uel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi pontificalis obsequantur; Ut his qui in loco est regiminis habeat testes tales qui uitam eius in secreta conuersacionem uideant. qui ex uisione sedula exemplum prouectus sumant; Consuetudo noua in ecclesia et ualde reprehensibilis erupit. ut cum rectores eius patrimonii urbana uel rustica predia iure illius conpetire posse suspicantur. fiscale more titulos inprimant. atque hoc quod conpetere pa[f. 181v]pauperibus {*sic*} aestimant non iudicio sed manibus defendant. Et cum per predicatores suos ueritas dicat. nihil per contentionem {Phil 2, 3} etiam ipsum litigiose contentionis malum transcenditur. et res quaelibet cum estimatur aecclesiae posse conpetere paene teneatur; Proinde presente decretum constituo. ut si quis aecclesiasticarum umquam titulos ponere siue in rustico siue in urbano predio sua sponte presumpserit. anathema sit; Hic autem qui preest aecclesiae in hoc uel ipsi fieri precepit uel sine sua precepcione factum digna punire animaduersione neglexerit. anathema sit; Sicut indignus per beati apostoli petri reuerentiam mens fidelium ueneratur. ita nostram infirmitatem decet semetipsam semper agnuscere et inpense sibi uenerationis honerem declinare; Ex amore quippe fidelium huius sedis rectoribus mos ultra meritum erupit. ut cum eorum corpora humana deferuntur. haec dalmaticis contegant. easdemque dalmaticis pro sanctitatis reuerentiam sibi et parciendos populos scindat et cum adsint {ultra *add. s.l.*} ad sacris corporibus apostulorum martyrumque uelamen a peccatorum corpore sumitur. quod pro magna reue[f. 182r]rentia reseruetur; De qua re presente decreto constituo ut feretrum quod romani pontificis corpus ad sepelliendum ducitur nullu tegmine ueletur. quam decreti mei curam geretis huius. presbiteros ac diaconos censemus; Si quis uero ex eorum ordine hoc curare neglexerit anathema sit. Antiqua patrum regula seques. {sequens *corr.*} nihil umquam de ordinationibus accipiendum esse constituo. neque ex donatione pallei. neque extra dictione {*sic*} cartarum. neque ex ea quam nouam per ambitione simulatio inuenit apellacione pastelli. quia enim ordinando episcupo pontifex manum ponit. euangelicam uero leccionem minister legit;

Confirmationis uero eius epistolam notarius excepit; Et sicut pontificem manum non decet quam inponit uindere ita minister uel notarius non debet in ordinatione eius uocem suam uel calamum uenundare; Pro ordinatione ergo uel palleum seu cartis {carthis *corr.*} atque pastelli. eundem qui ordinandus est uel ordinatus omnino aliquid dare prohibeo; Ex quibus predictis rebus Si quis aliquo modo appellatione exhigere uel petere forte presumpserit in districto omnipotentis dei examine reatu subiacebit; His autem qui ordinatus fuerit si [f. 182v] non ex placito neque exactus aut petitus post acceptas carthas et pallium offerre aliquid cuilibet ex clero graciae tantummodo non prohibimus quia eius oblacio nullae culpę maculam ingerit; Quae ex accipientis ambito non processit; Multos in ecclesiastica familia nouimus ad omptis {*sic*} dei seruicium festinare ut ab humana seruitute liberi in diuino seruicio ualeant in monastiriis conuersare. quos si passim dimittimus omnibus fugiendi ecclesiasticis iuris dominium occansionem {*sic*} prebemus Si uero festinantes ad omnipotentis dei seruitium incaute retenemus illi inuenimur negare quedam qui dedit omnia; Unde necesse est ut quisquis ex uiris ecclesiasticae seruitute ad dei seruicium conuerti desiderat. probetur prius in laico habitu constitutus. et si mores illius atque conuersatione bona desiderio illius testimonium ferunt absque ulla retractatione seruire in monastirio omnipotenti domino permittatur ut ab humano seruitio liber recedat. qui diuini obsequii districtiorem subire appetit seruitutem; Explicit decretum gregorii papae. Gregorius gratia dei episcupus his decretis subscripsit et firmauerunt episcupi presbiteri numero quinquagin[f. 183r]ta et octo. Explicit;

*Source* *CROM.595*

## LXXXVII.

**GREGORIUS SANCTISSIMUS** apostolicus papa. ante corpus beati petri in synodo resedens dixit. hanc maxime nimium dolens et ingemiscens dico. quia aliquos ex christianos in occiduis partibus constitutos audio temere contra chatholicam fidem et patrum statuta. uta {ita *corr.*} ut deo sacratas faeminas ducere presumant mulieres et propinquas coniugio socientur;

Quod oportunum est spiritale amputare mucrone. atque si uestrae placet sanctitati. radicitus euelli. ne seges boni agricolę zizaniorum iuxta horrentibus frutectis sordiscat;

Sanctissimi episcupi seu uenerabilis presbiteri. responderunt;

Uere cognuscimus graciam sancti spiritus cor apostolatus uestri succensum. ut tante miseriae [. . .]alorem {squalorem *corr.*} ad {a *corr.*} fidelium mentibus tetegantur;

Post hanc communium consonam responsionem. Gregorius apostolicus papa. ante corpus memoratum uenerabile christi apostulorum principis. inferendo sententiam dixit.

Si quis presbiter duxerit uxorem. uel diaconus ane[.]thema {anathema *corr.*} sit;

Si quis monacham quam dei ancillam appellant. duxerit in coniugium. anathema sit;

Si quis matrem spiritalem duxerit in coniugium anathema sit;

Si quis fratris uxo[f. 183v]rem duxerit in coniugio anathema sit;

Si quis neptem duxerit in coniugio anathema sit;

Si quis nouercam aut nurum duxerit in coniugio anathema sit;

Si quis consubrinam duxerit in coniugio anathema sit;

Si quis de propria cognatione. uel quam cognatus habuerit duxerit in coniugio anathema sit;

Si quis uiduatam rapuerit in uxorem. uel consentientibus ei anathema sit;

Si quis uirginem nisi disponsauerit rapuerit in uxorem uel consencientibus ei anathema sit;

Si quis ariolus aruspicibus uel incantatoribus obseruauerit. aut filactiria usus fuerit. anathema sit;

Si quis ex clericis laxauerit comam. anathema sit;

Si quis homicidium fecerit. agat paenitentiam. decem annis; sin autem in scelere permanserit. anathema sit;[44] [f. 184r]

*Source* *CROM.721*

---

[44] The second half of this page left blank.

## LXXXVIII

### DE DIE DOMINICO ET MIRACOLIS QUĘ IN IPSO DIE A DOMINO EST GESTA LEONIS PAPĘ;

Quidquid a domino est insignius constitutum in huius diei dignitate sit gestum. in hac mundus sumpsit exordium. in hac per resurrectionem christi. et mors interitum. et uita accepit aeterna principium. In hac apostuli a domino predicandi omnibus gentibus euangelii tubam sumunt; Et inferendum uniuerso mundo sacramentum regeneracionis accipiunt in hac sicut beatus iohannis euangelista testatur; Cum congregatis in unum discipolis. clausis ianuis ad eos dominus introisset insufflauit et dixit. accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata. remittuntur eis; Et quorum detenueritis. detenta erunt; {Io 20, 22–3} In hac denique promissus a domino apostolis. spiritus sanctus aduenit. ut caeleste quoddam regula insinuatum et traditum nouerimus in illa die celebranda nobis esse mysteria. sacerdotalium benedictionum in qua conlata sunt omnia dona gratiarum; Ut autem in omnibus obseruantia nostra [f. 184v] concordet. illud quoque uolumus custodire Ut cum sollemnior quoque festiuitas conuentum. populi numero[. .]ores {numerosiores *corr.*} indixerit. et ea fidelium multitudo conuenerit. quam recipere basilicam simul una non possit. Sacrificii oblacio indubitanter iteretur; Ne hii tantum admissi ad hanc deuotationem qui primi aduenerint uideantur hii qui postmodum confluxerint non recepti; Cum plenum pietatis atque racionis sit. ut quotiens basilicam in qua agitur praesentia nouae plebis inpleuerit. totiens sacrificium subsequens offeratur; Necesse est autem ut quedam populi pars sua deuotione priuetur. Si unius tantum missae more seruato sacrificium offerre non possint. nisi qui prima diei parte conuenerint; Studiose ergo dilectionem tuam. et familiariter admonemus. ut quod nostrae consuetudini ex forma paternae traditionis insedit. tua quoque cura non neglegat ut per omnia nobis. et fide et actibus congruamus. Propter quod remoranti {remorante *corr.*} filio nostro possidonio presbitero. hanc ad fraternitatem tuam episto[f. 185r]lam dedimus. perferendam qui nostris processionibus atque ordinationibus frequenter interfuit. et tociens ad nos missos quid in omnibus apostolicae auctoritatis teneremus agnouit; Explicit[45] epistola data X kalendarum iulii

*Source* *DLEO.440.406*

[45] The explicit perhaps added by a different (though roughly contemporary) hand.

## LXXXVIIII

### INCIPIT EPISTOLA PAPAE LEONIS. AD NICETAM EPISCUPUM AQUILEIENSEM; SEPER {SUPER *corr.*} QUATTUOR TITULORUM INTERROGATIONUM RESPOnsio;

Cum ergo per bellicam cladem et per grauissimos hostilitatis incursos. ita quedam dicatis diuisa esse coniugia. ut abductis in captiuitatem uiris. faemine eorum. remanserint distitutae. quae uiros proprios aut interemptos putarent. aut numquam a dominatione crederent liberandos. et in aliorum coniugium solitudine cogente transierint Cumque nunc statu rerum auxiliante domino in meliora conuerso. nonnulli eorum qui putabantur perisse remeauerint merito caritas tua uidetur ambigere quid de mulieribus quae aliis iunctae sunt uiris a nobis debeat ordinari; [f. 185v] Sed quia nouimus scriptum quod a deo iungitur mulier uiro. {Prv 19, 14} et iterum prestiui {*sic*} ceptum agnouimus. ut quod deus iuncxit homo non separet; {Mt 19, 6; Mc 10, 9} Necesse est ut legitimarum foedera nupciarum redintegranda credamus. et remotis malis quae hostilitas intulit unicuique id quod legitime habuit reformetur; Omni studio procurandum est ut recipiat unusquisque quod proprium. est. nec tamen culpabiles iudicetur et tamquam alieni iuris peruasor habeatur. qui personam eius mariti qui iam non esse existimabatur adsumpsit; Sic enim multa quae ad eos qui in captiuitatem ducti sunt pertinebant in alienum transire potuerunt. Et tamen plenum iusticiae est ut hisdem reuersis propria reformentur quod si in mancipiis uel in agris aut etiam in domibus hac possessionibus rite seruatur. quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum est. ut quod bellica necessitate turbatum est pacis remedio reformetur; Et ideo si uiri post longam captiuitatem [f. 186r] reuersi ita ut in dileccione suarum coniugum perseuerent. ut eas cupiant in suum redire consorcium; Omittendum est et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit. et restituendum est quod fides poscit; Si autem aliquae mulieres. ita posteriorum uirorum amore sunt capte ut mallent his coherere quam ad legitimum redire consortium merito sunt notandae. ita ut etiam ecclesiastica communione priuentur qua de re excusabili contaminatione criminis elegerunt. ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse. quod iusta remissio potuit expiare; Redeant ergo ad suum statutum uoluntaria redintegracione coniugia; Neque ullu modo ad opprobrium male uoluntatis trahatur. quod condicio necessitatis extorsit; Quia sicut heę mulieres quę reuertentes ad uiros suos nolunt impię. sunt. habendę ita illę que in affectum ex deo initum redeunt merito sunt laudabiles iudicandę;

*Source* *DLEO.440.536*

**XC.**

**SENTENCIA SANCTI HERONIMI {HIERONIMI *corr.*} DE CONIUGIIS;**

De beati apostoli pauli prima ad corintheos epistola in qua loquitur omne peccatum quodcumque fecerit homo extra corpus est [f. 186v] qui autem fornicatur in corpus suum peccat; {1 Cor 6, 18} Legamus ergo paulolum superius et sic ad haec uerba ueniamus; Ne de extremis partibus et ut ita dicam cauta capituli totam sententiam nosse cupiamus corpus inquid non est fornicatione. sed domino. et dominus corpori; Deus autem qui dominum suscitauit. et nos cum illo suscitauit per uirtutem suam. Nescitis quia corpora uestra membra christi sunt. faciam membra meretricis. absit; An nescitis qui {quia *corr.;* qui *add. s.l.*} coniungit se meretrici unum corpus est. erunt enim inquid duo in carne una; Qui autem iungit se domino unus spiritus est. fugite fornicationem. omne peccato {peccatum *corr.*} quod fecerit homo extra corpus est. qui autem fornicatur in corpus suum peccat. {1 Cor 6, 13–18} Reliqua sanctus apostulus contra luxoriam dispotans. et in superioribus dicens. esca uentri et uenter eschis. deus autem et hunc et illa distruet; {1 Cor 6, 13} Consequenter uenit ad fornicationem. etenim luxoriam {luxoria *corr.*} mater libidinis est; Uenter quae detentum cibo et uini pocionibus inrigatum uoluptas generalium sequitur. atque ut alibi dictum est pro membrorum ordine. ordo uitiorum est; Omne itaque peccatum ue[.]bi {uerbi *corr.*} gracia. furtum. homicidium. rapina. periurium. et cetera his [f. 187r] similia post factum p[o]enitudinem {poenitudinem *corr.*} habent. et licet inuitae lucrum tamen mordit conscientiam uoluptas sola ac libido etiam in ipso tempore paenitudines preteritus stimulus patitur et titillationem carnis et incentiua peccati. ut per haec quae corrigi cupimus cogitantes rursum sit materia delinquendi; Aliter cetera peccata forinsecus sunt. Quicquid enim egerimus in alios agimus. fornicatio non solum conscientiam fornicantes. sed ipsud {*sic*} maculat corpus. ac secundum sententiam domini in qua ait: Propter hoc relinquid homo patrem et adherebit uxori suae et erunt una. {Mc 10, 7–8} etiam ipse cum meretrice unum corpus efficitur. et peccat in corpus suum. dum templum christi facit corpus esse meretricis; Dicamus et aliter ne ullam gregorum sententiam preterire uideamur. Aliud est peccare per corpus. aliud in corpore. furtum homicidium [h . . . . . . .] {*ras.*} absque cetera absque fornicatione peccata per manus administramus extrinsecus fornicatio sola in corpore nostro exercetur a nobis non per corpus in

alio. sed {per *add. s.l.*} propositione sceleris commissi a nobis; Habet autem in se passionem; Sunt enim qui ita disserant. quod secundum sanctam scripturam uxor uiri corpus sit. et quicumque fuerit for[f. 187v]nicatus peccat in corpus suum hoc est in uxorem dum eam sua fornicatione commaculat. et facit etiam non peccantem sui commixtione peccare; Repperi iunctam epistolę et commonitoriolo tuo breuem cartholam in qua haec indita ferebantur querendum ab eo id est a me utrum mulier relicto uiro adultero et sodomita. et alio per uim accepto possit absque penitentiam communicare ecclesiae. uiuente adhuc eo quem prius reliquerat; Quod legens illius uersiculi recordatus sum ad excusandas excusationes in peccatis; {Ps 140, 4} Omnes enim homines uiciis nostris fabemus. {fauemus *corr.*} et quod propria facimus uoluntate ad natura referemus necessitatum; Quomodo si dicat aduliscens uim pacior corporis me ad libidinem ardor impellit. ipsa organa membrorum genitalium et conpositio corporis faemineus quaerat {quaerit *corr.*} amplexus. et rursus homicida in egestate inquid eram indigebam cybum [. .]gum {tegum *corr.*} corporis non habebam. ideo alienum sanguinem fudi. ne ipse fame et frigore morerer; Respondit itaque sorori quae a nobis superstatus sui quaerit. non nam sed apostolica sententia. an ignoratis fratres. scientibus enim legem loquor. quoniam lex dominatur homini [f. 188r] quanto tempore uiuit; Mulier enim quae sub uiro est uiuente uiro adstricta est legi. quod si mortuus fuerit uir eius liberata est a lege uiri. ergo uiuente uiro adultera erit. si duxerit alium uirum. {Rm 7, 1–3} et alio loco. mulier alligata est quanto tempore uir eius uiuit. si autem dormierit liberata est cui uult nubat tantum in domino; {1 Cor 7, 39} Omnes igitur causationes apostolus amputans apertissime definiuit uiuente uiro ad {ad *del.*} adulteram e[rit] {esse *corr.*} mulierem quae alteri nupserit; Nolo mihi proferas raptorem et uilentiam {uiolentiam *corr.*} matris persuasione patris auctoritatem propinquorum caterbas seruorum insidias et contemtum {contemptum *corr.*} damna rei familiaris. quamdiu uiuit uir licet adulter[a] {adulter *corr.*} sit. licet sodomita. licet flagiciis omnibus coopertus et ab uxore. propter haec scelera derelictus maritus eius reputatur. alterum uirum ei accipere non licet. nec hoc apostolus propria auctoritate decernit. sed christo in se loquente christi uerba sectatus est qui ait in euangelio qui dimittit uxorem suam excepto causa fornicationis facit eam moechare {moechari *corr.*} et qui dimissam duxerit adulter est. {Mt 5, 32} Animaduerte quid dicat qui dimissam acciperat {acciperit *corr.*} a[f. 188v]dulter; Siue ipsa demiserit uirum. siue a uiro dimissa sit adulter est qui eam acciperit. unde et apostoli grauem coniugii sarcinam. intellegentes si ita est inquid non expedit hominem accipere uxorem. {Mt 19, 10} ad quos dominus inquid. qui potest capere

capiat. {Mt 19, 12} statimque sub exemplo trium eunuchorum uirginitatis infert beatitudinem. quae nullae carnis lege retenetur neque satis animaduertere potui quid sit quod dicere uoluit. alio uiro per uim accepto congregata uidelicet multitudinem nolentem rapuit. et quare postea non raptorem rapta dimisit. legat libros moysi et inueniet disponsata uiro. si in ciuitate fuerit oppressa et non clamauerit. punire quasi adulteram. Si autem in agro innoxiam esse ab scelere; Ergo ista soror quae ut dicit uim passa est ut adulterium iungeretur. Si uult christi corpus accipere et non adulteram se putare agat paenitentiam ita dumta[z]at {dumtaxat *corr.*} ut secundo uiro qui non appellatur uir sed adulter. a tempore paenitentiae non copuletur; Quod etsi durum uidetur. et semel dilectum non potest derelinquere. nec preferre domini uoluntate. audiat apostolum conclamantem et dicentem. non potes[f. 189r]tis calicem domini bibere et calicem demoniorum; Non potestis mensae domini communicare. et mense daemoniorum. {1 Cor 10, 20–1} et alio loco quae communicatio luci a tenebris. quae adsensus christo. ad belial; {2 Cor 6, 14–15} Rem nouam loquar immo non nouam sed ueterem. quae ueteris testamenti auctoritate firmatur; Si reliquerit secundum uirum. et reconciliari priori non potest. Scriptum est enim in deuternomiu; Si acceperit homo uxorem et habuerit eam et non inuenerit gratiam in conspectu eius. propter aliquam faeditatem. scribit libellum repudii. et dabit in manu eius. et dimittit eam de domo sua. cumque egressa alterum maritum duxerit. et ille quoque odierit eam. dederitque libellum repudii. et dimiserit de domo sua uel certe mortuus fuerit. non prior maritus accipere eam in uxorem potest. quia polluta facta est abominabilis illis coram domino. ne peccare facias terram tuam quam dominus deus tuus tradidit possidendam; {Dt 24, 1–4} Unde obsecro te ut consuleris eam immo prouoces ad salutem. putridae carnes ferro indigent et cautherio. nec est medicinae culpa sed uulneris cum crudelitate clementi non parcet ut medicus parcat. seuit ut misereatur; EXPLICIT[46] [f. 189v]

*Source* ...

## XCI.

**ITER {ITEM *corr.*} SANCTI LEONIS PAPAE. DE MULIERIBUS**

[46] The explicit comes in the form of an abbreviation *EX* (also found on fol. 177r).

De presbitero et diacono. qui filiam suam illi uiro in coniugium dederit qui iam habebat coniunctam mulierem non omnis mulier uiro coniuncta uxor est uiri. quia nec omnis filius heres est patris;

Innuptiarum autem foedera inter ingenuos sunt legitima. et inter aequales multo prius hoc ipsut {*sic*} domino constituente quam inicium romani iuris existeret;

Itaque aliud est uxor. aliud concupina. sicut aliud ancilla aliud libera;

Propter quod etiam apostulus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex genesi. ubi dicitur abrahae. eice ancillam et fili[a]m {filium *corr.*} eius. non enim heres erit filius ancillę cum filio meo isaac; {Gn 21, 10; Gal 4, 30}

Unde cum societas numptiarum {*sic*} ita ab initio constituta est. ut preter sexus coniuncсionem haberent in se christi aecclesię sacramentum. dubium non est eam mulierem non pertinere ad matrimonium in qua docetur nuptiarum non fuisse mysterium;

Igitur cuiuslibet loci clericus. si filiam suam uiro habenti concupinam in matrimonium dederit. non ita accipiendum est. qu[i]a si {quasi *corr.*} eam coniugato dederit. nisi fo[l]te {forte *corr.*} illa mulier ingenua facta et dodata legitime et puplicis {publicis *corr.*} nuptiis honestata uideatur;

De puellis quae concupinas [f. 190r] habentibus nupserint paterno arbitrio uiris iunctę carent culpam si mulieres quae a uiris habebantur in matrimonio fuerunt;

De his qui mulieres ex quibus filios habent relinquunt et uxores accipiunt quia aliud est nupta aliud concupina. aci[n]am {ancillam *corr.*} a thoro abicere. et uxorem certe ingenuitatis accipere non duplicatio coniugii. sed profectus est honestatis;

*Source* *DLEO.440.544*

**XCII.**

**CANNON AFRICANORUM; HERA V.**

Item placuit us {ut *corr.*} si quando episcupus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum atque ille neget. non putet ad iniuriam suam episcupus pertinere quod illi soli non creditur. et si scrupulo propriae conscientiae se dicit. negante illo nolle communicare. quamdiu excommunicato non communicauerit suus episcupus. eidem episcupo. ab aliis non communicetur episcupis. ut magis caueat episcupus ne dicat in quemquam quod aliis documentis conicere non potest;

*Source* ...

## XCIII.

**CANNON AFRICANORUM; hera LVIII.**

Tertiolus episcupus dixit. ego quoque suggero sanctimonio uestro in dedicus prorupisse multorum consuetudines quibus laceratur aecclesia. si quando sacrae puelle in accusatione fuerint uocate accusator idonea exhibeat testimonia quibus conuicta damnetur. sufficit enim si aut deprehensa aut indiciis currentibus [f. 190v] manifestata rea currente ultione damnetur;

*Source* ...

## XCIIII.

**ITEM AFRICANORUM hera CLVIIII.**

Item placuit ut plebis quae habuerunt episcupum et eo defuncto uoluerint. non episcupum proprium habere sed ad alicuius episcupi diocesem pertinere non eis esse denegandum;

*Source* ...

## XCV.

**AFRICANORUM; CXXIIII hera**

Item placuit ut altaribus quae passim per agros et per uias tamquam memoriae martyrum constituuntur in quibus nullum corpus aut reliquie martyrum condite probantur. ab episcupis qui locis eisdem presunt si fieri potest euertantur; Si autem hoc per tumultos populares non sinitur. plebes tamen admoneantur ne illa loca frequentent. ut qui recte sapiunt nulla ibi supersticione deuicti teneantur. et omnino nullam memoria martyrum acceptetur probabiliter nisi ubi corpus aut alique reliquie sunt aut origo alicuius habitationis aut possessionis uel passionis fidelissima origine traditur; Nam per somnia et inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum constituuntur ubicumque altaria omnimodo inprobentur;

*Source* ...

## XCVI.

**ITEM AFRICANORUM; HERA CVIII.**

Placuit etiam. ut rem ecclesiae nemo uindat. quod si aliqua necessitas cogit hanc insinuandam esse prima tui prouintiae ut cum statuto numero episcuporum utrum faciendum sit arbitretur. quod si tanta urguet necessitas ut non possit ante consulere saltim post factum curet hoc agere quod si non fecerit reus contilii {*sic*} uenditor teneatur; [f. 191r]

*Source* ...

## XCVII.

**INCIPIT EPISTOLA CYSIDORI EPISCUPI. AD MASSONEM EPISCUPUM DE RESTAURACIONE SACERDOTUM.**

Domino sancto meritis quae beato fratri massoni episcupo esydorus episcupus. ueniente ad nos famulo uestro uiro relegioso nicetio litteras honorificentiae uestrae nobis detulit. in quibus agnitio salutis uestrae nihilominus perpatuit. maxime per eum por[ti]orem. {portitorem *corr.*} cuius lingua epistula uiuens erat; Unde pro salute uestra gratiarum accionibus deo nostro repensis. in quantum ualuit mediocritas nostra conspectis. uero quod sequenter {sequentur *corr.*} in epistolis uenerabilis fraternitas tua innotuit. nulla est in huiusmodi sententiis decretorum

diuersitas intelligenda; Quod alibi legitur in lapso corporali restaurandum antiqui ordinis meritum. Haec enim diuersitas hoc modo distinguitur illos enim ad pristinos officii grados redire cannonum precepit quos paenitentiae precesserit satisfactio uel digna peccatorum confessio; Ad contra hii qui neque a uicio corruptionis emendantur. atque hoc ipsud carnale quadam supersticiosa temeritate nituntur. nec gradum utique honoris nec gratiam communionis recipiant; Ergo ita est uterque dirimenda sententia. ut ne[f. 191v]cesse sit illum restaurare in locum honoris qui per penitentiam reconciliacionem meruerit diuinae pietatis; Hii nec immerito consecuntur adepte dignitatis statum qui per emendacionem paenitentiae recipisse noscuntur uitae remedium; Ideo enim ne forte magis ambiguum sit diuinae auctoritatis sententia confirmetur; Ezechiel enim propheta sub tipo preuaricatricis hirusalem ostendit post penitentiae satisfaccionem pristinum restaurare delictum quod amittunt uindicare honorem; Confundere inquid o iuda et porta ignominiam tuam. {Ez 16, 52} et post paululum. et tu inquid et filiae tuae reuertimini ad anquitatem {*sic*} uestram. {Ez 16, 55} Quod dixit confundere. ostendit post confusionis id est peccati opus debere quamquam {quemquam *corr.*} erubiscere. et pro prostratam demergere. pro eo quod dignum confusionis perpetrauerat opus. deinde precipit ut portet ignominiam id est dehonorationem nominis sibi diuinitatis; Ergo dum quisque post opere confusionis suae confunditur atque ignominiam depositionis suae lugens cum humilitate portauerit reuocare secundum prophetam ad priorem statum pote[f. 192r]rit; Item iohannis euangelista angelo effesi aecclesiae inter cetera simile quiddam {*sic*} scribit. memor esto unde cecideris et age penitentiam et prima opera fac; Alioquin ueniam tibi et mouebo candelabrum tuum de loco eius; {Apc 2, 5} In angelo ecclesiae prepositum utique id est sacerdotem ostendit iuxta malachiam quae dicit labia sacerdotis custodiunt scientiam et legem exquirunt de ore eius quia angelus domini est; {Mal 2, 7} Prepositus ergo lapsus in uitium per euangelistam memoretur ut memor sit unde ceciderit. et penitentiam agat et prima faciat opera ut non moueatur candelabrum eius; Nam candelabrum doctrina sacerdotalis uel honor potestatis quem gestat intellegitur. iuxta quod scriptum est apud samuelem in damnationem heli. oculi eius caligauerunt. nec poterat uidere lucerna dei. antequam extingueretur; {1 Sm 3, 2–3} Lucerna quippe dei fuerat quando dignitatem sacerdotalem pollens. uestigia claritas fulgebat extinctum profeta adserit. dum ob scelere filiorum sacerdocii potestatem meritorumque lumen amisit; Candelabrum ergo sine lucerna sa[f. 192v]cerdotis quae intellegitur carismata honeris. tunc paenitus iuxta iohannem extinguitur. uel mouetur. quando quod delicti casu neglecta paenitentiam admissa scelera non deflentur; Non

enim dixit pro eo quod cecidisti ammouebo candelabrum tuum; Ergo quemquam prepositum peccantem si preuenerit paenitentiam delicti. utique sequitur et reparacio meriti. et in prouerbiis. qui abscondit scelera sua non dirigitur qui confessus fuerit et reliquerit eam misericordia consequitur; {Prv 28, 13} Nam et ipsud quod cannonum censura post septem annis remeare penitentiam in statum pristinum precipit. non hoc ex elacione proprii arbitrii patres sed potius ex sententia diuini iudicii sancxerunt; Nam[47] legitur quod maria soror moysi prophetissa. dum ob detractionis aduersum moysen incurrisset delictum illius stigmate leprae perfusa est; Cumque petiret moyses ut emundaretur. precipit eam deus extra castra septem diebus egredi. et post emundationem rursus eam in castris admitti; Maria ergo soror haaron caro intellegitur sacerdotis qui dum superbia dedita sordidissimis correptionum {corruptionum *corr.*} contagiis maculatur. extra castra. septem di[f. 193r]ebus id est extra collegium sanctae ecclesiae VII annis proicitur. quibus post emundationem uiciorum loci siue pristine dignitatis recipit meritum; Ecce in quantum ualuimus concilii anquiritani antequam plane et plene auctoritatis sententiam sacris testimoniis explanaui ostendens posse restaurare proprio honore qui per penitentiae satisfaccionem nouit propria delicta deflere; Eum uero non posse restaurare qui nec lugit que gessit. et lugenda sine ulla pudore relegionis. uel timore iudicii diuini committit; In finem autem epistulae huius hoc adiciendum putaui. ut quotienscumque in gestis conciliorum discors sententia cuius inuenitur. illius concilii maius teneatur sententia cuius aut antiquior aut potior extat auctoritas; Data sub die pridie kalendarum martii anno III regni domni nostri gloriosissimo uiro. quinto uite theuderici regis. Cannon anquiritani. Kapitulo XX. Si quis. uel si qua adulterium commiserit. VII annis oportet perfectionem consequi secundum pristinos grados;[48] [f. 193v]

*Source* ...

## XCVIII.

## CXC. ITEM AFRICANORUM.

Item placuit ut quotiens clericis confessis et conuictis in aliquo crimine uel propter eorum uerecundiam parcitur uel propter aecclesiae opprobrium aut insolentem insultationem

---

[47] A single character (a half-finished *C* ?) precedes *Nam*.
[48] The second half of this page left blank.

hereticorum atque gentilium si forte causae suae adesse uoluerint et innocentiam suam adserere intra annum excommunicationis hoc faciant. si uero intra annum causam suam purgare neglecxerint. nulla eorum uox postea penitus audiatur;

*Source* ...

## XCVIIII

### AFRICANORUM. HERA LXI.

Item placuit ut in precibus nemo uel patrem pro filio uel filium pro patre nominet et cum altari adsistitur semper ad patrem dirigatur oratio; Et quicumque sibi preces aliunde discribet non eis utatur nisi prius eas cum instructis fratribus contulerit;

*Source* ...

## C.

### AFRICANORUM. HERA XVI.

Item placuit ut his qui aliquibus sceleribus inretitus est uocem aduersus maiorem natum non habeat accusandi;

*Source* ...

## CI.

### INCIPIT EPISTULA ZOSIMI PAPAE. URBIS ROME UT SACERDOTES PRESENTIBUS LAICIS NON IUDICENTUR;

Zosimus episcupis. per bizantium constitutis dilectissimis fratribus in domino salutem. Miror uos nullam reuerentiam uestri nominis prestare fastigio. nec honore episcupatu talem deferre quales debet ab his seruari quorum hic honor est iudicaturi. laici de episcupis sedent et hoc uestrum dicitis esse concilium. ubi non sacerdos laicum. sed laicus permissione uestra iudicaturus interest

sacerdotem. non enim sibi po[f. 194r]terit quamuis honoratus fuerit laicus tamen de quouis honore blandiri. ut merito interfuisse uideretur quod erat constitutam ecclesiasticam disciplinam adde quod telonneariorum siue demonariorum etiam nomen inseritur et iudicium in episcopum ab hac congregatione collegitur; Sedent publicani homines et auditur episcupus et talibus quod fas non est facientibus uobis auditur illud quoque quis non rideat immo non doleat. cum taliter ecclesiasticam uideat regulam titubare et uigorem cannonum ad hoc esse deiectum quando hoc et ubi factum docetur exemplum quae aetas meminit quis sacerdos audiuit cum fuerint innumeri qui amplissimis abdicatis honoribus ita potentiam refutauerint secularem ut uel minimi nomen clerici maluerint sustinere. nec aliquid prioris dignitatis ambitum iudicari et cede iudicibus uera et certa perscriptio quid uultis de consensu iudicem laicorum uel clerici qui hoc solum nomen sine pristinas ue {*sic*} secularitates gloria erubiscit audire quid de uobis certe indulgite si dicam cum iudicaturi cum talibus consedetis; Illud autem non nobis. pretermittendum uidetur. presertim cum hoc nulla aceruitas fecerit iudiciorum nullus ordo meminerit ut querendi aduersarium suum alicui necessitas inponatur et ad iudicium deducendi cum ille ultro se debet [f. 194v] inferre qui arguit. unde haec inuicem scriptum ad uestram transmisimus caritatem. per fratrem et coepiscupum nostrum numunianum; Bene ualete fratres et ad latus XVI kalendarum decembris. honorio XII et theudosio VIII augustis consulibus; Explicit epistola zosimi papae urbis rome

*Source* *DZOS.417.346*

## CII.

### INCIPIT SACRA CONSTANTINI IMPERATORIS DE TESTIMONIIS EPISCUPORUM;

Imperator constantinus augustus ad ablabium prefectum pretorii satis mirati sumus grauitatem tuam que plena iusticiae ac probe relegionis est clementiam nostram sciscitare uoluisse quid de sententiis episcuporum uel ante moderatio nostra censuerit uel nunc seruare cupiamus ablabi karissime atque amantissime qui itaque id a nobis instrui uoluisti olim promulgate legis ordinem seruare. rursur {rursus *corr.*} interpretatione[49] publica. namque sicut edicti nostri forma declarat. sententias episcuporum quolibet genere latas sine aliqua aetatis discritione inuiolatas semper incorruptasque seruari; scilicet ut pro sanctis semper ac uenerabilibus habeantur quidquid

[49] interpretatione] intpetane *with macrons above first* t *and* et

episcuporum fuerit sententia terminatum. siue itaque inter minores. siue inter maiores ab episcupis fuerit iudicatum aput uos qui iuditiorum. summam tenetis et aput ceteros omnes iu[f. 195r]dices exsecutionem uolumus pertinere; quicumque itaque litem habens siue possessor. siue petitor uel inter initia litis uel decursis temporum curriculis siue dum negutium peroperatur. siue cum ita coeperit promi sententia iudicium elegerit a sacro sanctos antestites illico sine aliqua dubitatione etiamsi aliqua pars refragatur ad episcupale iudicium persone litigantium dirigantur. Multa enim quae in iudiciis captiosa prescriptionis uincula promi non patiuntur inuestigat et publicat sacrosanctae relegionis auctoritas; Omnes itaque causę quae uel petitores iure uel cuius tractatus episcuporum sententiis terminate perpetuo stabilitatis iure firmentur nec liceat ulterius retractari quod hab {*sic*} episcuporum sententia deciderit. testimonium etiam ab uno licet episcupo perhibitum omnis iudex indubitanter accipiat. nec alius audiatur testis cum testimonium episcupi ad quamlibet parte fuerit repromissum. illud est enim ueritatis auctoritate firmatum illud incorruptum quod a sacrosancto homine conscientia mentis inlibatum protulerit. hoc nos edicto aliquanto salutari censuimus. hoc perpetua lege sancximus malitiosa litium semina reprimentes ut miseri homines longis {ac *add. s.l.*} poene perpetuis sanctionum laqueis implicati ab improbis petitionibus ac cupiditate prepostera. cum matura fide discedat; {discedant *corr.*} Quid itaque de sententiis episcuporum clementia nostra cen[f. 195v]suerit et iam hac possumus lege conplecti quam et grauitas tua et ceteri omnes pro utilitate latam umnium {omnium *corr.*} in perpetuo obseruare conuenit perpetuis; Data III nonas marti[50] constantinopoli dalmatio et zenofilio consulibus;

*Source* ...

## CIII.

### CANNON AFFRICANORUM

Item placuit ut clerici qui superbi et contumaces sunt coherceantur qui minores maioribus inrogauerint iniuriam ut metum habeant disciplinę; Manifestum est enim illum non esse dei qui humilitatem non mandat. sed diaboli qui superbię inuentor et princeps est; Unde si quis tumidus uel contumiliosus exstiterit in maiorem natu. uel aliquam causam habuerit. a tribus episcupis si

[50] marti] mati *with macron above*

diaconus est qui arguetur. Si presbiter. a VI. Si episcupus a XII consacerdotibus audiatur. uniuersi episcopi dixerunt. contundi debet contumatia et superbia in omnibus frangi. Cause uero personis ab statuto numero audiantur;[51]

*Source* ...

[51] The second half of the page left blank. A modern hand (the same as make notes on fols 104r, 106r and 124r) has added *finit Breuiarium Canonum. Sunt [?] capitula CIII* in the blank space.